Volt aplo. de bta regi. an.

Saluere regina. fo. i. p. et ce

tere visuale vsq ad adueni

dni dieb suis canunt cu b. et

coll. Suctis. **T**unica. Deu

veru vnus i trinitate. Et tri

nitatem iunitate evenite adorem

p. Uenite. hy. Adesio scia

fo. ix. In. i. nox. lux p. an.

Adesio deo vn opa/pater et

filu et spu sanctis. p. viii. Die

dns nr. fo. ii. an. Levnum in

substacia/trinitu in psonis co

fitemur. ps. xvi. Let enar

rant. fo. vi. Le semp idem

esse/ viuere et intelligere pfite

mur. ps. xiii. Dni est terra.

fo. vii. an. Te inuocamus/ te

adoram/ te laudamus obta

trinitas. ps. xvii. Afferte

dno. fo. ix. an. Spes nra/ sa

lus nra/ honor nro obta trini

tas. ps. xxii. Erultate iusti

fe. x. an. Libera nos/ salua

nos iustifica nos o bta trini

tas. de. clu. De nr. fo. xvi. A

Verbo dnt celi firmati sunt!

Et spu oris eius ois virtus

**L**ectio prima. **H**ome-  
lia tricesima septima bti au-  
gustini episcopi in iohannem.

**T**erba dñi nři ieu xpi  
que habuit cū iudeis  
ita moderans loqulam suā/  
vt r ceci nō viderent/et fide-  
les oculos aperirēt/que ho-  
die de sancto euangelio reci-  
tata sunt: ista sunt. **N**icebant  
ergo iudei. **T**u q̄ es? **R**Q̄  
dixerat supra dominus/ nisi  
credideritis q; ego sum mo-  
riemini in peccatis vestris;  
ad hoc ergo illi/ tu quis es:  
veluti querētes nosse in quē  
deberent credere/ne in p̄cto  
suo mozerentur. **R**espondit  
dicentibus tu quis es: et ait:  
Principiū: qui et loquor vo-  
bis. **T**u. **B**enedicat nos  
deus deus noster/benedicat  
nos deus. Et metuant eum  
ōes fines terre. **D**eus mi-  
seretur nostri et benedicat  
nos deus. Et metu. **R**ec. 14.

**S**ile dixit dñs esse pi-  
cipium: queri potest  
utruet pater sit principium.  
Si em̄ filius principiū est q̄  
habet patrē: quāto facilius  
intelligendus est deus pater  
esse principiū: qui habet filiū  
quidē cui pater sit: sed nō ha-  
bet de quo sit. Filiū em̄ p̄cis  
est filius: et pater ylq̄ filiis

pater est: sed de⁹ deo fil⁹  
dicis/lumē de lumine fil⁹ di-  
citur. **P**ater dicit lumen  
sed nō de lumine: p̄s dicit  
de⁹ sed non de deo. **S**i ergo  
de⁹ deo/lumē de lumine  
principiū ē: quāto facil⁹ itel-  
ligit principiū lumē de quo  
lumē et deus de quo dēns.

**T**u. **B**enedictus dñs de  
us israel/qui facit mirabilia  
solue. Et benedictū nomen  
materiatis eius in eternū. **R**  
Replebit materiata eius dis-  
terra fiat fiat. Et be. **R**ec. 14.

**T**adel itaq̄ absurdum  
charūlū vt filiū di-  
cam⁹ principiū et p̄em̄ princi-  
piū nō dicam⁹. **S**z qđ age-  
m⁹: Nunqđ duo erant prin-  
cipia: Latendū est hoc dice-  
re. **Q**uid ergo: Et si p̄s prin-  
cipiū et filius principiū: quid  
non duo principia? **C**Quo  
modo dicimus patrem deū  
et filium deum/nec tamē du-  
os deos. Nephās est enī di-  
cere duos deos: nephās est  
dicere tres deos: et tamen  
qui pater est nō est fili⁹: qui  
filius est non est pater: spiri-  
tus autem sanctus patris et  
filii spiritus / nec pater est/  
nec filius. **T**u autem. **R**m.  
**Q**uis de⁹ magnus sicut de-  
ns noster? **T**u es deus qui

**E. 14.**

### Infesto

facis mirabilia. Notā feci  
stū in populis virtutē tuā re-  
demisti in brachio tuo popu-  
lum tuum. Tu es. Lectio. iii.

**Q**uāns ergo sicut au-  
res catholice sunt eru-  
dite in gremio matris ecclae-  
sie/ nec ille qui est pater sit fi-  
lius nec ille qui est filius sit  
pater/ nec spiritus sanctus  
patris et filii sit vel filius vel  
pater: tres deos tamen esse  
non dicimus: quāns de sin-  
gulis si queratur necesse est  
de quoquā interrogati fue-  
rimus: deum esse fateamur  
**C**Et absurdā videntur ista  
hominibus solita trahentib-  
us ad insolita visibilia ad  
invisibilia creaturā compa-  
rantibus creatori. Interro-  
gant enim nos aliquādo in-  
fideles/ et dicunt: Patrē quē  
dicitis: deū dicitis: Respon-  
demus Deum. Filiū quē  
dicitis: deū dicitis: Respon-  
demus. Deum. Spiritū san-  
ctum quē dicitis: deūz di-  
citis: Respondeamus. Deum.  
Ergo inquit pater et filiū  
et spiritus sanctus / tres di-  
sunt: Respondeamus. Non.  
Turbantur quia non illumi-  
nantur: cor clausum habent:  
quia clauem fidei nō habent  
Eti. **P**er excelsus super oēs

gentes dominus. Et super  
celos gloria eius. **P**ro. Quid  
sicut dominus deus noster  
qui in altis habitat et humi-  
lia respicit. Et super celos.

**C**onlcō noctur. **A**Cartas  
pater est/ gratia christi/  
communicatio sp̄s sancti/o  
beata trinitas. ps. xvi. Om-  
nes gentes. ps. xvi. an. Bene-  
dictio et claritas et sapientia  
et gratiarum actio/ hono-  
r virtus et fortitudo deo  
nostro in secula seculorum  
amen. ps. xvi. Magnificat  
ps. xvi. a. Tibi laus tibi glo-  
ria/ tibi gratiarum actio in  
secula sepieterna o beata tri-  
nitas. ps. lxxxviii. Quā dilec-  
ta. ps. xxi. a. Gloria et honor  
dei in unitate trinitatis/ pa-  
tri et filio cum sancto spiri-  
tu in sepieterna secula. ps.  
lxxviii. Benedixisti. ps. xx.  
an. Sanctus sanctus sanctus  
dominus deus omnipotēs/  
qui erat et qui est et qui ven-  
turus est. ps. xc. Lātate.  
ps. xxxii. a. In patre manet  
eternitas/ in filio equalitas/  
in spiritu sancto eternitatis  
equalitatis connoxio. ps.  
xcv. Dominus regnauit exulto.  
ps. xxxii. a. Non est similis tu  
in diis domine. Et nō est se-  
cundū opera tua. Lectio. v.

**N**os ergo fratres si-  
de precedete quod sanat  
oculos cordis nostri quod i-  
telligimus sine obscuritate  
captamus: quod non intelli-  
gitimur sine dubitatione cre-  
damus. A fundamento fidei  
non recedamus: ut ad cul-  
men perfectionis peruenia-  
mus. Deus est pater: deus  
est filius: deus est spiritus sanctus.  
Et tamē pater non est  
qui filius nec filius est quod pa-  
ter: nec spiritus sanctus pa-  
tris et filii spiritus aut pa-  
ter est aut filius. **R.** Magnus  
dominus et magna virtus eius.  
Et sapientie eius non est nu-  
merus. **R.** Magnus dominus  
et laudabilis nimis et  
magnitudinis eius non est  
finis. **Etsa.**

**Lectio. vi.**

**T**rinitas unus deus.  
Trinitas una efnitas  
una p̄t̄s/ una maiestas tres  
psone: sed non tres dii. **Aūc**  
michi calūniantur respōdeat.  
Quid ergo tres? Si ei tres  
aliquoportet dicas quod tres?  
Respondeo Pater et filius  
et spiritus sanctus. Ecce inquit  
tres dixisti; quod tres expro-  
me? Immō et tu numeras: nā  
ego cōpleo tres cū dico: pa-  
ter et filius et sp̄us sanctus. **I**d  
quod pater ad se est: deus est

quod ad filium est: pater est. Quod  
filius ad seip̄z est deus est: quod ad  
p̄t̄ est filius est. **I**sta quod dico  
potestis de similitudinibus  
cognoscere quotidianis. **R.**  
Gloria patri gentesque plures  
tibi cōpar vtriusque semper spi-  
ritus alme deus viri. **O**mni  
tempore seculi. **R.** Da gaudiorum  
p̄mia da grātia munera dis-  
solue litis vincula astringe  
pacis federa. **O**i tpe. **I**c. vii.  
**T**hōmo et alter homo  
quod ille sit pater iste filius  
quod homo est ad seip̄m est quod  
pater est ad seip̄m est. Et fi-  
lius quod homo est ad seip̄m est:  
quod autē filius est ad patrē est.  
Pater enim nomen est dictum  
ad aliquid: et filius ad aliquid:  
sed isti duo hoīes sunt. Ut re-  
ro pater deus ad aliquid est  
pater id est ad filium: et filius  
deus ad aliquid est filius id  
est ad patrē: sed non quod illi  
duo homines sunt sic isti duo  
di. **Q**uare non ita est ibi? **Q**uare  
illud aliud: hoc autē aliud est  
**Q**uilla diuinitas est: est ibi  
aliquid ineffabile quod ver-  
bis explicari non possit et  
numeris sit: et numerus non  
sit. **A**vide enim si non quasi ap-  
pareat numerus: pater et fi-  
lius et sp̄us sanctus trinitas. **S**i  
tres quid tres? Deficit nu-  
mber. **E. iii.**

**In festo**

merus. Ita de<sup>d</sup> nec recedit a numero; nec cap*it* numero. Quia tres sunt: tan*g* est numerus. Si quers q*d* tres: non est numerus. Unde dicit*ur* est. Hagn*d* noster et magna virtus eius: et sapi entie eius non est numerus. Abi cogitare ceperis incip*is* numerare: vbi numeraueris: quid numeraueris no*potes* respondere. **L**u. **S**em. Honor virtus et p*as* et imperium sit trinitat*i* in unitate/vnitati in trinitate. In p*enni* sclo*x* tpe*o*. Trinitati laus p*enni* vnitati sit dec*o* p*petim*. In p*enni*. **L**ec. viii. Alter pater est: fil*u* fi*li* est: sp*u*s sc*tū*/spiritus sanctus est. Quid sunt isti tres/pater et fil*u* et sp*u*s sanct*u*? No*tre* tres di*s*? No*tre*. No*tre* omni*potentes*? Non. Non tres m*udi* creator*e*? No*tre*. Ergo omni*potetes* pat*er*. Omnipot*es* plane. Ergo et filius no*m* omnipot*es*? Plane et filius omnipot*es*. Ergo et sp*u*s sc*tū* no*m* omnipot*es*? Et i*p*ot*es*? Tres ergo i*potetes*? Non. Sed vnu*s* o*p*s. Illoc sol*u* nume*r*us i*linuat* q*d* adiu*c*e sunt no*n* q*d* ad se sunt. Or*um* de*o* simul c*u* aduent*u* sc*tū* sp*u*s mun*o* cap*a* filio et spiritu sc*tū* non sunt tres di*s*. Quia ad se est o*p*s/ simul c*u* filio et sp*u*s sc*tū* non sunt tres omni*potetes*. Or*um* vero no*n* est ad se pat*er* sed ad fil*u*; et fil*u* ad se no*n* est filius sed ad pat*re*; et sp*u*s sc*tū* ad se no*n* est. I*eo* q*d* dicit*ur* p*ri*or fil*u* sp*u*s; q*d* dic*at* tres/ n*isi* pat*re*; et fil*u* et sp*u*s sc*tū*/vnu*s* de*u*/vnu*s* o*ipotentem*? Ergo vnu*s* principium. **L**u. **T**ibi laus/tibi gloria/tibi graz actio. In secula sempiterna o beata trinitas. **H**o*me* Et benedict*u* nom*e* glorie tui sc*tū* et laudabile et superexalt*u*. In secula. **C** In*u*. **N**oc*an*. Ex quo oia/ p*o* quem oia/in quo omnia/ i*p* gloria in sc*la*. **L**et. D*omi*ne misere n*ri*. **F**o. **T**. **B**enedict*u* es d*om*ne in firmamento cel*u*. Et laudabilis et gloriosus et superexalt*u* in sc*la*. **L**ec. ix. **L**ectio sc*tū* evange*lii* s*an*cti iohann*e*. **C**apt. xv. A illo tpe*d*. i. d. s. **L**u. **I**venerit paracl*it*? que ego mitt*u* vobis a p*re* sp*u*m veritatis q*d* a p*re* p*cedit*? ille testimoniu*m* phibe*b*it de me. Et reliqua **H**omel. **V**enerabilis bede p*bf*i*te* de ead*e* lec*tu*. **E**x multis sc*tū* uageli*lo* cis inuenim*o* q*d* discipuli si*p*ater ad se est/ de*o* simul c*u* aduent*u* sc*tū* sp*u*s mun*o* cap*a*

**Sancte trinitatis.**

a. xxxvi.

cesserant ad intelligenda ar-  
chana diuine sublimitatis; mi-  
nus fortes ad tolleranda ad-  
versa humane prauitatis; si-  
es aduentete spū cū augmē-  
to diuine agnitiōis data est  
etīā constantia vincende hu-  
mane persecutionis. **C**on-  
de illis dñica pmissio nunc  
dicis. **C**ū venerit paraclitus  
quem ego mittā vobis a p̄e  
sp̄m veritatē q̄ a p̄e pcedit;  
ille testimonius phibebit de-  
me: et vos testimoniuū phibe-  
bitis. **P**œnū time et manda-  
ta eius obserua. Hoc est om-  
nis homo. **A**limētib⁹ dei  
nihil deest/ ne his q̄ eū dile-  
gūt i veritate. Hoc est. **C**o-

**D**ādū aut in primis  
q̄ dñs sp̄m veritatis  
et a se mittendū esse testat/ et  
mor eundē a patre pcedere  
subiugit: non q̄ idē spiritus  
alter a p̄e pcedit q̄ a filio  
mittit: aut alio tpe a p̄e pro-  
cedit/ q̄ cū a filio mittit. **S**z  
ideo filius eū a se mittit a pa-  
tre dicit pcedere vt aliā pa-  
tris aliā esse suā personā de-  
signet: atq̄ i eadē distinctione  
i psonarum vna q̄ se opatio-  
nem ac voluntatem suā cū pa-  
tris voluntate et opatione de-  
nūciet. **C**ū em̄ eiusdez spi-  
ritus grā datur dominib⁹/

mittit pfecto spū a p̄e/ mit-  
tit et a filio: pcedita patre p̄  
cedit et a filio: quia et ei⁹ mis-  
sio ipa pcessio est: qua ex pa-  
tre procedit et filio. Venit et  
sua sp̄ter: quia sicut coequa-  
lis est patri et filio: ita eandē  
habet voluntatē cum patre  
et filio cōmune. Spirit⁹ em̄  
vbi vult spirat: et sicut ap̄is  
enumeratis donis celestib⁹  
ait: hec ola opatur vn⁹ atq̄  
idē spū/ diuidē singulis p̄  
ut vult. **B**enedic a m⁹ pa-  
trē et filiū cū sc̄to spū/ laude-  
mus et supereraltēmus eū.  
**I**n secula. **V**indicius es-  
dne in firmamēto celi et lau-  
dabilis et gloriol⁹. **I**n. **I**c. **x.**  
**A**duentens aut spirit⁹  
bus testimonium phib-  
bit de dñoy quia discipulo-  
rum cordibus aspirans om-  
nia que de illo erant scienda  
mortalibus/ clara illis luce  
reuelauit: q̄ videlicet equa-  
lis et consubstantialis patri  
erat ante sc̄la/ q̄ psubstancialis  
fact⁹ est nobis in fine se-  
culo: un⁹ q̄ de virginē nat⁹/  
sine peccato virxit in mundo/  
q̄ quando voluit et qua volu-  
it morte trāsiuit de mundo/  
q̄ veraciter resurgēdo mor-  
tem destruxit/ q̄ verā in qua  
passus est et resurrexit car-  
**E. iii.**

In festo

nem ad celos ascendēdo le-  
uauit atq; in paternie glorie  
dextera cōstituit: q; oīm pro  
phetarū scripta illi testimo-  
niū phibent: q; p̄fessio noīs  
etius vñq; ad fines ppagāda  
erat terrarum: ceteraq; fidei  
illius mysteria spūs sc̄ti testi-  
monio sunt referata discipu-  
lis. Neq; illis tantūmōr; s; r  
oīb; q; p̄verbū eoz credūt in  
deū: qcqd recte sapit: etiū  
dē spūs est munere cōcessuz.  
Tu. **B.** Te deū patrē inge-  
nitū te filiū vnigenitū te spi-  
ritū sc̄ti paraclitū sanctā r  
individua trinitatē toto cor-  
de et ore cōfitemur lauda-  
mus atq; bfidicimus. **Tibi**  
gloria in secula. **B.** Qm mag-  
nus es tu et faciens mira-  
bilia tu es dē sol. **L.** **xxv.**  
**I** Le ergo inq̄ testimoniū  
nū perhibebit de me et  
vos testimoniuū phibebi-  
tis: q; q; spū int̄ docēte pce  
perunt: hec abiecto timore  
pristino foris loq̄ndo r alijs  
ministrabāt. Ip̄e nāq; spūs  
corda eoz r scientia vñtatis  
illustrauit: r ad docēda que  
noſſent culmine vñtatis ere-  
xit. An̄ recte ap̄ d̄ esalā spūs  
idē fortitudinis r scientie nū-  
cupat. **E**ſi enī spūs scientie  
q; p̄ ip̄z q; recte agere vel eti-

am cogitare debeam⁹ agno  
scim⁹. **E**ſi r fortitudinis: q;  
etia p̄ ip̄m vt q; bñ nouimus  
operemur accipimus: ne ad  
uersitate aliq; a bonis q; cepti  
mus repellamur. **Tu. A.**  
**S**ūme trinitati simplici deo-  
yna diuinitas/ equalis glo-  
ria/coetera maiestas/ pari-  
pliōs sc̄tōq; pneumatū Qui  
rotum subdit suis orbē legi-  
bus. **B.** Preſlet nobis gra-  
tiam deitatis beata/patriis ac-  
nati pariteroz spiritus almi.  
Qui totum. **S**c̄m tohan-  
nem. **C**apitulo vbi ſuua.

**I**n illo tpe. **D**ixit ies⁹  
discipulis suis. **C**ū re-  
nerit paraclit⁹ q̄ē ego mit-  
ta vobis a p̄re sp̄m veritatis  
qui a patre pcedit: ille testi-  
moniuū perhibebit de me. Et  
vos testimoniuū phibebitis:  
quia ab initio mecum eſtis.  
Hec locutus sum vobis: vt  
nō scandalizemini. Abſq; sy-  
nagogis faciat vos. Sed ve-  
nit hora: vt omis q̄nterſicit  
vos arbitref obsequit⁹ ſe pre-  
ſtare deo. Et hec facient vo-  
bis: q; nō nouerūt p̄fex neq;  
me. Sed hec locut⁹ ſuobis  
vt cū veneſit hora eoz remi-  
niscamini: q; ego dixi vobis  
Amen. **O**ratio. **O**mnipo-  
tent sempiterne de⁹ **Vts in**

sancte trinitatis.

a. xxxvii.

**p**rimis ref. **A**d landes a.

**B**eata et benedicta et glori-  
osa trinitas/pater et filius  
et spiritus sanctus/tibi laus/  
tibi gloria/tibi gloriarum actio.  
ps. xci. **D**ñe regna. f. xxix.

**L**pm. **A**ltitudo. **B**. breue.  
Benedicamus patrem et fi-  
lium **L**u sancto spiritu. **b**.

**L**audemus et superaltem?  
eu in scfa. **L**u. **b**y. **O** trini-  
tas. **f**. **l**xiiii. **b**. **B**nidicat nos  
deus deus noster benedicat  
nos deus. Et metuant eum  
oës fines terre. **A**d bñd. **an**

**B**enedicta sit creatrix et gu-  
bernatrix omnium/ sancta et  
individua trinitas/ et nunc et  
semp et p. infinita seculorum  
scfa. **O**ro. **O**ps sepius ne de-  
us. **v**. **i**n **p**rimis ref. **A**d

**p**rima **an**. **O** beata benedicta  
gloriosa trinitas / pater  
filius spiritus sanctus/mise-  
rere miserere miserere nobis.  
**A**d. **iii**. **an**. **O** vera summa  
sempiterna trinitas/pater et  
filius et spiritus sanctus/ti-  
bi laus/tibi gloria/tibi gratia-  
rum actio. **L**pm. et **o**ro **v** i n  
**p**rimis ref. **b**. **V**erbo dñi ce-  
li firmati sunt. **A**d. **vi**. **an**.

**O** vera summa sempiterna tri-  
nitatis: pater et filius et spiritus  
sanctus miserere miserere mise-  
rere nobis. **L**pm. **i**. **iohie**. **v**.

**T**essit q testimoniu  
dat in celo pater obli-  
et sps scfus: et hi tres vnu  
sunt. Deo g. **N**ō ē silius tui

**D**omine de props. **o**z.  
**N**os famulos tuos ma-  
lestati tue subiectos/pynici  
filii tuu i. vtute scfi sps bñ-  
dic et ptege: vt ab omni hos-  
tie securi i tua iugiter laude-  
letemur. Et fa: per eundem. in  
vnitate eiusdem. **A**d. **ix**. **an**  
Te ture laudat/ te adorat/ te  
glorificant oës creature tue  
o bta trinitas. **L**h. **ii**. **L**o. **xiiii**

**G**ratia domini nostri ie-  
su xpi. et charitas dei  
et cõmunicatio sancti sps:  
sit cu oibus vobis ame. Deo  
gratias. **b**. **B**nidic tus es do-  
mine in firmamento celo. **o**ro.

**M**entes nostras q's do-  
mine paraclitus qui a  
te procedit illuminet: et in-  
ducat in oem sicut tuus pro-  
mis filius veritatē. Et fa:  
per eundem. in vni. eiusdem.  
**C**yn. **ii**. **ref. sup** **p**os **an**. **E**x  
quo oia/ per quez oia/ in quo  
oia ipsi gloria in secula. **ps.**  
**D**ixit dñs. **L**ad. **A**ltitudo  
**B**. breue. **B**nidic tus es dñe  
In firmamento celo. **b**. **E**t  
laudabilis et gloriosus. In  
firmamento. **b**y. **O** trinitas.  
**f**. **l**xiiii. **b**. **B**nidicam pa. **A**d

In festo

maḡt ān. Gratias tibi deus  
gratias tibi vera vna diu-  
nitas/vna z trina veritas/tri-  
na et vna deitas. **O**mni-  
potēs sempiterne deus q̄  
dedit. **Q**ue ōo etia dicet  
ad laudes et ad ves. priuatis  
diebus hebdomade sequen-  
tis. **I**n crastino z deinceps  
pauatis dieb̄ etiā sub octa-  
vis solēnibus. **E**lenite. legis  
indirectū: et ad nocturnum.  
**L**ectio breuis/ et cetera ser-  
uantur ut in psalterio habeat.

**I**n festo venerabilis sa-  
cramēti. **A**d v̄ sup̄ hos ān.  
**D**omīn̄ quē ego da-  
bo caro mea est p̄  
mūdi vita. **A**. **L**om-  
edite amici et bi-  
bite/ et inebriamini charissi-  
mi. **A**n. **P**anis eñ dei est qui  
descēdit de celo/ et dat vita  
mūdo alla ān. **M**isit me vi-  
ues pater z ego viuo pp̄ter  
patre/ et qui manducat me z  
iþe viuet pp̄ter me. **L**ap. **s.**

**D**omīn̄. **C**orinth. **v.**  
iel̄ in q̄ nocte trade-  
bat acceptit panē: et gratias  
agens fregit et dixit/ accipi-  
te et manducate: hoc est cor-  
pus meū qđ pro vobis tra-  
det. **D**eo ḡ. **A**llo homo qđa fe-  
cit. **xii. by.** **P**age ligna. **sol.**  
**xxiiij.** **P**anē de celo p̄stissi

eis dñe. **D**e delectamēti se  
habentem? **A**d maḡt ān. **O**  
īs suavis est dñe sp̄us tu⁹ q̄  
vt dulcedine tuā in filios de  
mōstrares/ pane suauissimo  
de celo p̄stito/ esurientes re-  
p̄les bonis fastidiosos diui-  
tes dimittis ianes. **G**ratia.

**D**om̄ q̄ nobis sub sacra  
mēto mirabili passio-  
nis tue memorā reliq̄stirī  
bue q̄s ita nos corporis z san-  
guinis tui sacra mysteria ve-  
nerari/ vt redēptiōis tue fru-  
ctū i nob̄ lugit sētiam. **E**t  
far. **Q**ui viuīs. **ic.** **I**nvita.  
**C**hristū regē adorem⁹ dñan-

tē getib⁹: qui se manducanti  
b⁹ dat sp̄us pinguedine. **pg.**  
**E**lenite exul. **by.** **S**acrifico  
lēniss. **f. lxxij.** **C**on. **i. noc. ā.**  
**F**ructū salutiferū gulstandū  
dedit dñs mort⁹ sue t̄p̄. **ā.**  
**B**eatū vir. **sol. ā.** **A** fru-  
ctu frumēti z vīni multipli-  
cati fideles in pace xp̄i rege-  
scūt. **pg. iii.** **L**ū iuocarē. **fo. ī.**  
**ān.** **L**omunione calicis quo  
deus iþe sumitur nō vitulō-  
rū sanguine cōgregauit nos  
dñs. **pg. xv.** **L**oserne me. **fo.**  
**iii. ā.** **M**egior sit dñs sacrifi-  
ciū mīt et holocaustū nostrū  
pingue fiat. **pg. xix.** **E**xaudi-  
at. **fo. vi. ān.** **P**aratur nobis  
mēta domīni aduersus oēs

Sacramenta

a. xxxvii.

q̄ tribulat nos. **P. xxi.** Dñs regit. **f. vii. 3.** In voce exultatiōis resonat epulat̄es in mēsa dñi. **ps. vii.** Quā admodū. **f. xxiiii. 5.** Panē celi dedit eis; panē angelorū māducauit homo. **P. i.** Immolabit hedū multitudō filiorū Israēl ad vesp̄eram pasche. Et edent carnes et azimōs panes. **¶.** Pascha n̄r̄m immolat̄ est xp̄s/ itaq̄ epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. Et edet. **P. ii.** Lōedetis carnes et saturabimini panib⁹. Iste est panis quē dedit vobis dñs ad veſcēdū. **P.** Non moyses dedit vobis panē de celo/ sed pat̄ me⁹ dat vobis panē de celo veruz. Iste est. **P. iii.** Desperit helias ad caput sūi⁹ sub cinericiū panē q̄ surgens cōedit et bibit. Et ambulauit i fortitudine cibi illi⁹ vſq; ad mōte dei. **P.** Si q̄s māduauerit ex hoc pane viuet in eternū. Et ambulauit. **P. iv.** Adelchis edech vero rex salēm proferēs panē et vinum. Erat aut̄ sacerdos dei altifissi⁹ b̄ fidic⁹ abrahā et at. **P.** B̄ fidic⁹ abrahā deo excello q̄ creauit celū et terram. Erat. **C. In. ii. no. a.** Introibo ad altare dei sumā xp̄m

q̄ renovat suuētutē meā. **ps. xlii.** Judica me de⁹ et dis. **f. x. a.** Parasti cibū iustorū dñs nā dulcis est preparatio tua qua replent fideles aie. **ps. lxviii.** Te decet. **f. xxi. a.** Libauit nos dñs ex adipe frumenti et de petra melle saturauit nos. **¶. ix. x.** Exaltate deo adiu. **f. xxix. a.** Ex altari tuo dñe xp̄m sumim⁹ in quē cor et caro nostra exultat. **ps. lxxiiii.** Quā dilecta. **f. xxix. a.** Laudis tue iuḡi deuotio ne nos reple/ vt tuis expiati sacramētis iroeam⁹ i atria tua eterna dñe. **ps. xc.** Lātate. **f. x. cxviii. a.** Lenatib⁹ autē accepit iesus panē benedixit ac fregit dedit discipul̄ suis. **¶. xvii.** Lātateit. **f. x. xxviii. a.** Libauit illos ex adipe frumenti. Et de pe tra melle saturauit eos. **¶. v.** Ego sum panis vite patres vestri manducauerunt manna in deserto et mortui sunt. Hic est panis de celo descen dens/ si quis ex ipso manducauerit non moriet. In eternū. **P.** Ego sum panis viuus qui de celo descendit/ si q̄s manducauerit ex hoc pane viuet. In eternū. **P. vi.** Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita/ litt-

In fello

gabant ergo iudei dicentes. **Quo**potest hic nobis dare carnē suā ad manducandū? **L**ocutus est pp'l's contra dñm aia nra naufragi sup cibo isto leuissimo. **Quomō.** **vii.** Lenantibus illis accepit iesus panes et bñdixit ac fregit deditq' discipulis suis et ait. Accipite et comedite hoc est corp⁹ meū. **Dixit** viri tabernaculi mei quis det de carnisb⁹ ei⁹ vt saturemur? **Accipite.** **viii.** Accepit iesus calicē postq' cenavit dicens hic calix nouū testamentū est in meo sanguine. Hoc facite in mēā cōmemorationē. **M**emoria memor ero et tabescet in mea mea. **Hoc faci.** **III.** **noc.** Qui pacem ponit fines ecclesie frumenti adipisat nos dominus. **Lati.** **p.** **XLV.** Lauda aia foliū clise. **ps.** **XLVI.** Laudate dñm. **os.** **celest.** Lauda hierusalē. **Educas** panē de fr̄. Et vīnū letificet cor hōis? **te.** Qui manducat mēā carnē et bibit meum sanguinem. In me manet et ego in illo. **No**n est alia natio tam grandis que habeat deos appropinquentes sibi: sicut adest nobis deus noster. Unigenitus siquidē dei filius sue diuinitatis nos volens esse partis nobis. In me ma- cipes naturā nostrā assum

net. **Et.** **x.** Misit me viuens pater et ego viuo propter patrem. Et qui manducat me et ipse viuet propter me. **Libanit** illum dominus pa-

ne vite et intellectus. Et qui manducat me. **xl.** Unus panis et vīnum corpus multi sum⁹. Omnes qui de uno pane et uno calice participamus. **D**arasti in dulcedine tua pauperi deus qui habilitare facis vñanimes in domo. Omnes qui de uno pa-

**xii.** Homo quidam fecit cenam magnam et misit seruū suum hora cene dicere in uitatis vt veniret. Quia parata sunt omnia. **Venite** comedite panem meū et bibite vīnum quod miscui vobis. **Quia para.** Lectio prima. **Incipit legenda de institutiōne festi corporis christi.**

**I**mensa diuine largitatis beneficia exhibita populo christiano inestimabile et conferunt dignitatem. Neq' enim est aut fuit ali quando tam grandis natio que habeat deos appropinquantes sibi: sicut adest nobis deus noster. Unigenitus siquidē dei filius sue diuinitatis nos volens esse partis naturā nostrā assum

psit ut homines deos face-  
ret/ factus homo. **E**t hoc  
insup quod de nostro assu-  
psit: totu[m] nobis contulit ad  
salutem. Corpus namq[ue] suu[m]  
pro nostra reconciliatione in  
ara crucis hostia obtulit deo  
patris sanguinez suu[m] fudit in  
precium simul et lauachiu[m]: vt  
redempti a miserabilis servitu-  
te a peccatis oib[us] munda-  
remur. Et vt tanti b[ene]ficij iu-  
gis i nobis maneret memo-  
ria: corpus suu[m] in cibum et  
sanguinem suu[m] in potu[m] sub  
specie panis et vini/ sumendu[m]  
fidelibus dereliquit. **L**ec. 16.

**O** preciosum et ammirabile  
dum coniunctu[m] salutis  
ru[m] et omni suavitate reple-  
tum. Quid em hoc conuicio  
pciosius esse potest i quo no[n]  
carnes vitulor[um] et hircoru[m] vt  
olim i lege: s[ed] nobis sumed?  
pponitur xps verus deus:  
**E**t hoc sacramento mi-  
rabiliss: In ipo n[ost]ra panis  
et vinu[m] in corp[us] xpi et sanguine  
ne substatialiter conuertunt.  
Ideoq[ue] xps deus et homo p[ro]fe-  
ctus/ sub modicu[m] panis spe-  
cie cotinetur. **L**u axt. 13.

**M** Inducatur itaq[ue] a fi-  
delib[us]: s[ed] minime lace-  
ratur: quantummo diuino sa-  
cramento integer sub qual-  
itate

bet divisionis particula per  
seuerat. Accidentia etiā sine  
subjecto in eodē existunt/ vt  
fides locū habeat dū visibilis  
le iuisibiliter sumitur/ aliena  
specie occultati: et sensus a  
deceptione iuntes reddan-  
tur qui de accidentibus iudi-  
cant sibi notis. **N**ulli etiā  
sacramentū est isto salubri?  
quo purgant peccata vtutes  
augen: et mens oīm spiritua-  
liu[m] carismatū abundātia im-  
pinguat. **O**ffertur i ecclesia  
pro viuis et mortuis: vt om-  
nibus prospicit: q[uod] est pro salu-  
te oīm institutum. **L**u Lc. 11.

**S**icutiamatem deniq[ue] hu-  
ius sacramenti nullus  
exprimere sufficit: per quod  
spiritualis dulcedo i suo fon-  
te gustat: et recolitur memo-  
ria illius: quā in sua passione  
xps monstrauit excellētissime  
charitatis. **E**t vt artius  
huius charitatis imensitas  
cordibus infigeretur fidelium  
in ultima cena q[uod] pascha cū  
disciplis suis celebrato trāsi-  
turus erat de hoc mundo ad  
patrem/ hoc sacramentū insti-  
tuit: tanq[ue] passionis sue me-  
moriale penne: figurarū ve-  
terū ipleru[m] miraculorū ab  
ipso factoz maximū: et de sua  
contristatis absentia solatiū

In feso

singulare. Tu autē *Lect. v.*

**A**duenit itaq; deno-  
tioni fidelis/ solēnter  
recolere institutionē tā salu-  
tiferi tamq; mirabilis sacra-  
mēti/ vt ineffabilē modum di-  
vine p̄sentie in sacramēto ve-  
neremur/ et laudeſ dei potē-  
tia q; in sacramēto eodē tot  
mirabilia operaſ: necnō ſ de  
tā ſalubrī tāq; ſuant bñficio  
exſoluans deo gratiarū debi-  
te actiones. Uerū ſi id ē ce  
ne qñ sacramētuſ p̄dictuſ no-  
ſcitur iſtitutuſ iter missarū ſo-  
lennia de iſtitutione ipſius  
specialis mentio habeatur:  
totum tñ reliqui huius diei  
officiū ad r̄pi paſſionē p̄tinet  
circa cui⁹ venerationē eccliaſ  
illo tpe occupat. Tu *Lect. vi.*

**A**de ut itegro celebri-  
tatis officio iſtitutio  
ne tanti sacramēti ſolēnter  
recoletet plebs fideliſ: et ro-  
manus p̄tifer urbañ ſpar-  
tus hui⁹ ſacramēti deuotio-  
ne affectus pie ſtatuit p̄fate  
iſtitutionis memoria ſ prima  
feria quita poſt octauas p̄-  
thecofies a cūctis fidelibus  
celebri: vt q; p̄ totū anū cur-  
culū hoc sacramēto tumur  
ad ſalutē ei⁹ iſtitutionē illo  
specialit tpe recolam⁹: quo  
ſp̄lis ſclūſ corda diſcipuloꝝ

edocuit: ad plene cognoscen-  
da huius mysteria ſacramē-  
tu. Nam ⁊ in eodē tpe incipit  
hoc ſacramētu a fidelibus  
requentari. Legiſ emi i acti-  
bus aploꝝ q; erant pſeuera-  
tes in doctrina aploꝝ/ et cō-  
cratione fractionis panis et  
ozationib⁹: ſtatim poſt ſp̄ſ  
ſcti millionem. Tu *Lect. vii.*

**A**laut predicta quin-  
ta feria et p̄ octauas  
ſequentes euil dē ſalutaris iſ-  
titutioſ ſhonorificenti⁹ aga-  
tur memoria et ſolēnitas de  
hoc celebrior habeat: loco  
diſtributionū materialiuz q;  
in ecclis cathedralibus lar-  
giunt: exiſtib⁹ in horis ca-  
nonicis nocturnis pariter et  
diurnis: pſſatus pontiſter ro-  
man⁹ eis q; huiuſ modi hor⁹  
in hac ſolēnitate pſonaliter  
in ecclis intereffent ſtipen-  
dia ſp̄ualia aplica largitiōe  
conceſſit: quaten⁹ p̄ hoc fide-  
les ad tanti festi celebriitate  
audiuſ ſ et coptosius cōueni-  
rent. Tu autē do *Lect. viii.*

**A**nde oib⁹ vere peni-  
tentib⁹ et cōfessis/ qui  
matutinali officio hui⁹ festi  
dentaliter in ecclia vbi ce-  
lebriaretur ad eſſent centū: q;  
vero miſſe totidē illis autē q;  
intereffent primis ipius festi

vesperis similiter centū: qui vero in scđis tortidē: his qđ q prime/tertie/septe/none ac completoz adescent officijs pro qualibet horarū quadraginta z illis vero qui p ipsius festi octauas in matutinalibus/vespertinis/misse/ac ceterarū horarū officijs presentes existerent: pro qualibet die de omnipotentis dei misericordia/et beatorū apostolorū petri/z pauli auctoritate consensu/centū dierū indulgentiā tribuit omni tpe duratūrā. **Lcō. x.**

**D**icit ergo manduca re illā elcam z illū potū biberez in xpō manere: et illum manente in se habere. Ac per hoc qui nō manet in xpō/z in quo nō manet xp̄s/procudubio non manducat spiritualiter eius carnē: licet carnaliter z visibiliter p̄mat dentibus sacramenta corporis z sanguinis xp̄i: sed magis tantū sacramēti ad indicium sibi manducat z bibit: qui īmundus presumit accedere ad xp̄i sacramenta: que nō digne sumit alius nisi qui mūdus est. De quib⁹ dicitur Bti mūdo corde: qm̄ ipi deū videbunt. **S**icut enim inquit misit me viues pater/et ego viuo ppter patres: z qui manducat me: z tpe viuet ppter me. Nō aut sicut manduco patrem: z ego viuo ppter patrē: sic q manducat me: et

In falso

Ide vivet ppter me. Non em filius participatione patris sit melior; qui est natus equa lis; sicut participatione filii per veritatem corporis eius et sanguinis quam illa manducatio portatio significat nos efficiunt meliores. Tu autem. *Lectio*

**T**uimus autem ppter ipsum manducantes eum; id est ipsum accipientes vitam eternam: quam non habemus ex nobis. Vixit vero ipse ppter patrem missus ab eo quod se met ipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem et lignum crucis. Sic enim secundum id accipimus viuo propter partem quod alibi ait pater maior me est: sic quod nos vivimus propter ipsum quod maior est nobis et hoc ex eo quod missus est factus est. Missio enim eius summetipius exinanitio est: et forme servilis acceptio: quod recte intelligitur servata etiam filii cum patre equalitate nature. Major est enim deus pater homine filio: quem equaliter habet deum filium: cum idem ipse sit deus et homo dei filius et hominis filius viuis christus iesus. In hac sententiâ si recte accipiatur hec vera ita dicitur. Sicut mislit me viuens pater et ego viuo ppter patrem: et quod manducat

me: et ipse vivet propter me. Et ceteri dicere. Ut ego viuam ppter patrem: id est ut ad illius tantum ad maiorem me referam vitam meam exinanitio quidem mea fecit in qua me misericordie autem quisque viuat ppter me: participatio facit qua manducat me. Tu autem. *Lectio*

**E**sco itaque humiliatus viuo ppter patrem: ille erectus vinit ppter me. Non ergo de ea natura dixit quae semper est equalis prius de qua etiam superius dixit: sicut pater habet vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso: id est genuit filius habentem vitam in semetipso: sed ea in qua minor factus est patre. Si autem ita dictum est: viuo ppter patrem quia ipse de illo: non ille de ipso est: sine detrimento equalitatis dictum est. Nec tamē dicendo et qui manducat me: et ipse vivet ppter me: eandem nostram et suam equalitatem significavit: quod gratias mediatoris ostendit. Hic est panis qui de celo descendit ut illum manducando vivamus: quod ex nobis vitam eternam habere non possumus. Non sicut inquit manducaverunt patres vestri manu: et mortui sunt. Qui man-

ducat huc panem: viuet in eternu. Quid ergo illi mortui sunt ita vult intelligi ut non vivant in eternum: nam temporaliter et hi profecto moriuntur quia Christus noster dominus ducant: sed vivunt in eternum: quia Christus est vita eterna. Tu autem. Secundus Johanne. Capitulo. vbi supra  
**I**n illo tempore dixit Iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus verus est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet et ego in illo. Sicut misit me vivens pater: et ego vivo propter patrem. Et qui manducat me: et ipe vivet propter me. Hic est panis: quod de celo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna et mortui sunt. Qui manducat hunc panem: vivet in eternum. Ame. O Deus quoniam nobis. vitas ipsam misericorditer. Ad laudem super psalmum annos. Sapientia edificauit sibi domum miscuit vinum et posuit mensam allua. Psal. ccii. Dominus regnus. folio. xxxviii. Capitulo. Domini Iesu. vitas. Panis ille verus est. Qui de celo descendit. Et dat vitam mundo. Quod habet. Verbum supernum. folio. lxxii. Posuit fines tuos pacem: Et adipe frumenti satiat te. Ad benedictionem annos.

Ego sum panis vit⁹ qui de celo descendit si quis mādū cauerit ex hoc pane vivet in eternū allā. **Dicitur.** Deus qui nob̄. vīs i primis vel. **Canticum** p̄mā ān. Angelorum esca nutritiū populum tuū ⁊ pa- nē de celo prestitisti eis allā. **Canticum** Ad terrā ān. Pinguis est panis christi ⁊ prebebit deit̄ias regibus allā. **Lp. ⁊ oīo** vīs in primis vel. **Panem** celi dedit eis. **Canticum** M. ān. Sacerdotes sancti incēsum et panes offerunt deo allā. **Lp.** patime ad Corinθios. 11. **Quoniam** votiencūq; mandū- cabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis: mortem domini anniabilitis donec eveniat. Deo grās. **Libanit** illos et adipe. **Ite. Dicitur.** **P**resta q̄s op̄s de⁹: vi- ūlentis festivitas mis- rabile sacramentū ⁊ tempore- alez nobis tranquillitatem tribuat ⁊ vitā conferat sem- p̄ternam. Et fa⁹ per dñm. **Canticum** Ad it. ān. Vincenti dabo māna absconditū ⁊ nō me nouū allā. **Lp. ⁊ Ad cor. 11.** Vicūq; māducantur panē vel biberit calicē dñi indignus erit corpo- ris ⁊ sanguinis dñi. Deo grās. **Educas panē de terra.** **Lp.**

**Dñica infra octa.**

**C**oncede q̄s oipotens  
deus: vt q̄ corporis &  
sanguinis filii tui solenia co-  
lumus/ in tua semp dilectio-  
ne maneamus. Et sa: p̄e-  
rendum. **C** In: ii. vel. super  
dos ān. **L**ap. hy. p. & oratio  
yts in primis vespis. **B**. bre-  
ue. **P**anē angelorum mandu-  
cauit homo. **A** Libaria  
misit eis in abundatiā. **M**an-  
ducauit. **A**d m̄gt ā. **S**acrū  
cōmūnū in quo xp̄s sumitur  
recolitur memoria passionis  
eius/ m̄s implet gra: & futu-  
re glorie nobis pignus daf-  
alla. **F**rinans dieb⁹ infra  
ocula oia seruant & in die  
laencto exceptis subscriptis.  
Uenite. dicitur indirectum.  
**G** In primo noct. ān. Dixit  
dominus Iesus ego sum pa-  
nis vite/ qui venit ad me non  
eluriet/ & qui credit in me no-  
sitter vinc. **S**almi serial. ān.  
Nisi manducaueritis carnē  
filii hominis/ & biberitis ei:  
sanguinem/ nō habebitis vitā  
in vobis. **A**n. Qui manducat  
carnē mēā/ et bibit mēā san-  
guinem/ in me manet et ego in  
illo. **In**. Qui māducatur panē  
et bibit calicem domini indi-  
gne reus erit corporis & san-  
guinis dñi. **N**. Panē celi de-  
cat eis. **L**ec. breuis. p. lxxvii

**M**ādavit dñs nubibus de-  
super: et ianuas celi aperuit  
Et pluit illis māna ad man-  
ducandū & panez celi dedit  
eis. **P**anē angeloz mandu-  
cauit hōr cibaria misit eis in  
abundantiā. **T**u autē. **B**. p̄e-  
nē de celo p̄esististi eis. **A**  
**D**omne delectamentum in se  
habentē. p̄esististi. **E** In: ii.  
noct. ān. **A**lla. serial. **L**p. p.  
et/oro vt̄ in die scriō ad. vi.  
**C** Ad lau. p. serial. **A**d.  
Lap. & oro ter. Reliquari in  
die scriō. **D**ñica infra octa  
uā. In primis vel. **B**. breue.  
Panē angeloz. Ad maḡt ā.  
**O** & suauis. Reliquari i die  
sancto. **B**os. Benedicamus.  
cōme. de dñica t̄pis cum ān.  
Loquere dñe. **O**ro. Deus in tespe-  
rantiū. **C** In: i. noc. ā. Dixit  
dñs Iesus. p. dominicales. ā.  
Parat. **A**n. Nisi māducaueri-  
tis. & panē celi. **I**c. p. Ex ele-  
mētina de reliquis zveneta  
tione sanctorū cap. **S**idm.  
**V**ibatius episcop⁹  
seruus seruorum  
dei: venerabilis  
fratribus patriar-  
chis archiepiscopis episco-  
pis/ et alijs ecclesiarum pres-  
latis: salutem & apostolicam  
benedictionem. **T**raisturus

**sacramenti.**

a. xlii.

de mundo ad patrem saluatorem  
noster dominus Iesus christus / cum tempus sue passio-  
nis instaret et sumpta cena in  
memoriam mortis sue institui-  
tuit summum et magnificum sui  
corporis et sanguinis sacra-  
mentum: corpus in cibum et  
sanguinem in poculum tribuen-  
do. ¶ Nam quotiescumque pa-  
nem hunc manducamus et  
calicem bibimus morte domini  
annunciamus. Tu autem

**Bla ve in die sancto. Lec. ii.**

**H**uic salutiferi sacra-  
menti / dixit ipse apostolis /  
hoc facite in mea commemora-  
tione: ut precium et in-  
signe memoriale sui amoris  
eximis quo nos dilexit: esset  
nōdis hoc precelsum et vene-  
reabile sacramentum. ¶ Ade-  
morale inq[ue] mirabile ac stu-  
pendum / delectabile ac suau-  
ue tutissimum ac sitibundum:  
charissimum et sup omnia pre-  
ciosum In quo inouata sunt  
signa / et mirabilia imutata: et  
in quo habetur omne dele-  
ctamentum / et omnis saporis  
suavitatis ipsaq[ue] dulcedo do-  
mini degustatur: in quo vita  
et salutis. **Lec. iii.**

**D**icitur est memoriale dul-  
cisimum / memoriale sanctissi-  
mum / memoriale salvificum  
in quo gratia redemptionis  
nostrae / recensemus memo-  
riam: et in quo a malo retrahimur / confortamur in bo-  
no et ad virtutem et gratia-  
rum proficimus incremeta:  
et in quo profecto reficimur  
ipsius corporali plenitudo sal-  
uatoris. ¶ Alia namque quo-  
rum memoriam agimus / spe  
ritu menteque complectimur: et  
sed non propter hoc eorum  
realem presentiam obtinemus.  
In hacvero sacramentali xp̄i  
commemoratione ipse christus  
presens sub alia quidem  
forma / in propria vero sub-  
stantia corporaliter et vera-  
citer est nobiscum. ¶ Ascen-  
sus enim in celum dixit apo-  
stolis eorumque sequacibus  
ecce ego vobis cum omnibus  
diebus usq[ue] ad consumma-  
tionem seculi benigna ip-  
sos promissione confortans  
quod remaneret et esset cu[m] eis  
etiam per presentiam corpo-  
ralem. Tu autem. **Lectio. iii.**

F. 13.

**D**úica infra octa. sacri.

bls attulisse salutis. **H**ec est commemoratio gloriosa: que fidelium aios replet gaudio salutaris: et cum infusione letitiae deuotioris lachrymas subministrat. **E**xultam⁹ nimirum nostrā rememorando liberationē: et recolēdo passionē dominicā per quā liberati sumus: et vix lachrymas continemus. **I**n hac itaq; cōmemoratiōe/ sacratissima assunt nobis suavitatis gaudia simul et lachryme: quia et in ea cōgaudem⁹ pie lachrymantibus: et lachrymari deuote gaudentes: letas habēdo lachrymas/ et letitiam lachrymantē: nam et cor ingēti perfusum gaudio: dulces per oculos stillat guttas. **T**u at.

**I**n. ii. noc. an. Qui māducat carnem. an. Qui manducat panē. **A**n. Lenantib⁹ autem. **L**ibauit illos. **L**e. v.

**D**ivini amoris imensi otas: diuine pietatis superabundātia: diuine affluētia largitatis. Dedit enī nobis dñs om̄ia / quia sublecit om̄ia sub pedib⁹ nostris/ et super vniuersaliter creaturas contulit nobis dñi principatū: et ministeriis etiam sp̄m supernorum nobilitat et sublimat hominis dignitatē

**A**dministratoris nāch sp̄is sunt oēs in ministeriū ppter eos q̄ hereditatē salutis capiunt destinati. Et cum tam copiosa fuerit erga nosetus munificentia: volens adhuc ip̄e in nobis suā exuberantē charitatem precipua liberalitate monstrare: semetip̄us nobis exhibuit: et transeundes oēz plenitudinē largitatis/ oēm̄ modūz dilectiōis excedēs tribuit se ī cibū. **T**u

**Q**uā singularis et **P**.  
**M**āmirāda liberalitas: vbi donator venit in donū: et datū est idē penit⁹ cū datore Quā larga et prodiga largitas: cū tribuit q̄s seip̄m. De dit igit̄ se nobis salvator ī pulsū: ut q̄ p cibū ipse relevaret ad vitas. Eredit hō p cibū ligni mortiferi: relevatus est p cibuz ligni vitalis.

In illo pepedit esca mortis: in illo vite alimentū. Illius eius itulit lesionē: illius gustus attulit sanitatem. Gustus saucianit⁹ et gustus sanavit. Et vnde vulnus esto- tum: prodiit et medela. Et vnde mors subiit: exinde vita euenit. **T**u autē. **L**ec. vii.

**D**icitur. Quacuq; die

In octa.sacramenti.

a. pliss.

comederis morte morieris.  
De isto legitur. Si quis ma-  
ducaverit ex hoc pane vivet  
in eternum. Hic cibus plene  
reficit vere nutrit summeq[ue]  
impinguat; non corpus sed  
coz non carnem sed animam  
non ventrem sed mentem. Ho-  
mo ergo qui spirituali ali-  
montia indigebat; salvator  
ipse misericors de nobiliori  
et potiori huius mundi ali-  
mento pro anime refectione  
pia dispensatione prouidit.

Tu autem do. Lectio. viii.

**O**ndecens quoq[ue] libe-  
ralitas extitit et co-  
neriens opatio pietatis; ut  
verbū dei eternū: quod ratio-  
nalis creature cibus est et re-  
fectio: factū caro se rationa-  
li creature carnē et corpī ho-  
minis videlicet in edullū lar-  
giretur. Panem em angelō-  
rum manducauit homo. Et  
ideo salvator ipse ait. Caro  
mea vere est cib⁹ et sanguis  
meus vere est potus. Hic  
cibus sumitur: s; non consu-  
mitur: manducatur s; mini-  
me transmutat: quia in eden-  
te minime transformat: s; si  
digne recipit: sibi recipiens  
conformat. Tu. In. iii. noct.  
an. All. dñcale. Laticum.  
Lauda aia. fol. lli. 2c. Euāge

lium cū homel. et oronevt in  
die sc̄o. Ad lan. an. et ad ho-  
ras die Alla. ps. l. Allere-  
re. f. xvii. cū re. Lp. Avo. iii.

**E**cce sto ad ostiū et pul-  
so: si q[ue]s audierit vocē  
meāt et aperuerit mihi ta-  
nuam/introibo ad illū: et  
cenabo cum illo/ et ipse mē-  
cum. Deo gratias. Belqua  
ut in die sancto. Post Bene-  
dicamus. Cōmemoratio de  
dñica cū an. Homo quidam  
erat dñus. p. Dñs regnauit.  
Dñ dñcal. **I**n sc̄ois ves.  
sup pos. an. Panis quē ego.  
sola. Belqua ut in die sc̄o.  
post Benedicamus. cōme-  
mora. de dñica cū an. Factū  
est autem. p. Dirigatur oīo.  
Oro dominical. **I**n octa.  
corpois xp̄i oīa servant ut i  
die sancto. Vemptis lectio-  
nibus que sequuntur. Lectio  
prima. Ec clementina de re  
liquis et veneratione sc̄o:  
f. lli. Cap. Si dñm.

**O**Excelētissimū sa-  
cramentū adoran-  
dum/ recolendū/  
glorificandū/ amādū/ am-  
plecēdū p̄cipiū magnifica-  
dū laudib⁹/ summis preco-  
niss exaltandum: cunctis ho-  
norandū studiis: deuotis p̄  
sequendū obsequiis: et since-  
f. lli.

In octa.

ris mentibus retinendū. **M**emoriale nobilissimum et int̄mis cōmendādū p̄ recordiis firmiter atumo alligandum? diligenter in cordis reseruā dū utero et meditatione cor dis et celebrationē sedula re censendum. **C**uius me monialis cōtinuam debem⁹ celebrare memoriaz: vt illi⁹ cuius ipsum fore memoriale vere cognoscimus: semp memores existamus. **Q**uia cuius donū vel munus fre quentius aspicitur: hui⁹ memoria stricti Cretinet. **T**u.

**L**ocet igitur **Lec. ii.** **M**emorabile hoc sacramentum in quotidianis missarum solēnitatis frequētētū: cōueniens tamē arbitra mur: et dignū: vt de ipso sal tem semel in anno ad p̄fundēdāz specialiter hereticorum perfidiam et insaniam memoria celebrior et solennior habeatur. **I**n die nāq̄ ce ne dñi quo die ipse christus hoc instituit sacramentum: vniuersalis ecclesia etiā pro penitentium recōfiliatione/ sacri confectione crismatis/ adimpletionē mandati / circa pedū lotiōem/ et alias plu rīmū occupataz plene vaca renon potest celebratīcē hu

ius maximī sacramēti. **T**u.

**O**cenim **Lectio. iii.** **N** circa sanctos quos p anni circulū veneram⁹ ipa obseruat ecclesia: vt quāvis i letanijs et in missis ac alias etiam ipsoz memoria sepi⁹ renouetur: nihilominus ramen eorum natalicia certis diebus per annum/ solēnitius recolat: festa ppter hoc eiusdem diebus specialia celebrazendo. **E**t quia forte in istis festis circa solēnitatis debitum aliquid a fidelibus per negligētiā vel rei familiariis occupationē aut alias ex humana fragilitate omittitur: statuit ipa mater ecclesia certam diem in qua generalis omnīū sanctorū cōmemoratio fieret: vt i hac celebriatē cōmuni quicq̄d in proprijs eorum festivitatibus omissum existeret sol geretur. **T**u autē **Lec. iii.** **O**ttissime igit̄ exequē dū est erga hoc miris cum sacramentum corporis et sanguinis iesu xp̄i qui est sc̄dōz oīm gloria et coronaz vt festiuitate et celebriatē p fulgeat speciali: quatinus in ea qđ i alijs missarū solēnitēz vel officijs circa solēnitates est forsitan pretermisuz de-

uota diligentia suppleatur.  
**E**t fideles festinante ipsa  
 instante intra se pterita me-  
 morantes / id qđ in t̄p̄t̄ mis-  
 fariū solēnt̄s secularib⁹ fo-  
 san agētis implicati / aut ali-  
 as ex negligētia vel fragili-  
 tate humana mīn⁹ plene ges-  
 serūt; tunc attente in humili-  
 tate spūs / et animi puritate  
 restaurent. *Lu aut. Lec.v.*

**I**n tellexi⁹ aut olim  
 dū i minori essem⁹ offi-  
 cio ɔstitut⁹ q̄ fuerat quibus  
 dā catholicis dīnit⁹ reue-  
 latum: festum huiusmodi es-  
 se generaliter in ecclia cele-  
 brāndā. Nos itaq̄ ad corro-  
 borationē ⁊ exaltationē ca-  
 tholice fidet digne ac ratio-  
 nabilis duxim⁹ statuēdū: vt  
 de tanto sacramento p̄ter  
 quotidianā commemoratio  
 nem quā de ipso facit ecclia  
 specialior ⁊ solēnior ānuati  
 memoria celebret: certū ad  
 hoc designātes et describen-  
 tes diem videlicet feriā qn-  
 tā primā post octauas pen-  
 thecostes: vt i t̄p̄a quinta fe-  
 riā devote turbe fideliū pro-  
 pter hoc ad eccl̄os affectuo-  
 se concurrant: vt tūc tā cle-  
 rici q̄ populi pariter cōgau-  
 dentes in cantica laudū sur-  
 gant: tunc oīm corda ⁊ vota

ora et labia hymnos perfo-  
 nent letitie salutaris. *Lc. vi.*

**T**ūc psallat fides / spes  
 tripudiet / extret cha-  
 ritas / deuotio plaudat / iubil-  
 et puritas / et sinceritas lo-  
 cundet. Tunc singuli alacrit-  
 ato prōptaq̄ animi volunta-  
 te cōueniant: sua studia lau-  
 dabiliter exēq̄ndo: tāti festi  
 solēnt̄a celebrātes. Et vitā  
 ad xp̄i seruitū sic eius fide-  
 les ardor dilectionis inflā-  
 met: vi per hec et alia p̄ficiē  
 tibus ipsis meritorū cumu-  
 lo apud eū q̄ se pro illis de-  
 dit in preciū tributis seipm  
 ipsis in pabulū: tādē post hu-  
 ius vite decursū eis se in pre-  
 miū largiat. *Lu. Lectio. vi.*

**I**Deoqz vintueritatem re-  
 strā monem⁹ ⁊ horza-  
 mur in dñō ac per ap̄līca vo-  
 bis scripta in virtute obediē-  
 tie districte precipiendo mā-  
 dam⁹ / remissionē peccati-  
 nū intūgentes: quaten⁹ tam  
 excelsū tā gloriosum festum  
 predicta quinta feria singul-  
 annis deuotissime ac solen-  
 nissime celebretis. ac facia-  
 tis per vniuersas ecclias ve-  
 strarū ciuitatū ac diocisum  
 studiosissime celebrari: sub-  
 ditos v̄fos in dñica dictā fe-  
 riā quintā primo preceden-

*S. iii.*

*Nocta.*

te salutarib⁹ monitis sollici-  
te p̄ vos ⁊ p̄ alios exhortan-  
tes: vt p̄ verā et purā p̄fessio-  
nem ⁊ elemosynaz largitio-  
nē attētas ⁊ sedulas orationes  
ac p̄ alia deuotiōis ⁊ pietar⁹  
op̄a talit̄ se studeat p̄parare/  
q̄ huiusmodi preciosi sacra-  
menti largiente deo mereā-  
tur fieri participes illa die:  
possintq; ip̄z suscipere reue-  
rēter ac ei⁹ virtute augmen-  
tū p̄sequi grātiā. *Lec. viii.*

**D**īs ei⁹ xp̄i fideles ad  
colendū ⁊ celebrādū  
venerabiliter tñ festum do-  
nis sp̄uālib⁹ solentes aia-  
re/oib⁹ vere penitētib⁹ ⁊ cō-  
fessis/q̄ matutinali officio fe-  
sti eiusdē in eccl̄iam qua illō  
celebrabit interfuerint cen-  
tū: q̄ vero missē totidē: q̄  
aut in primis vel peris ipius  
festi interfuerint similiter cen-  
tū: q̄ vero in secundis totidē:  
illis quoq; q̄ p̄ie/tertie/sex-  
tenone/ac p̄pletoriis officiis  
interfuerit p̄ qualibet hora  
rū ip̄az quadraginta eis au-  
tē q̄ p̄ octauas ip̄i⁹ festi/ ma-  
tutinalib⁹/vesp̄tinis/ missē/  
ac p̄dicitaz horaz officiis i-  
tererint: centū dies singulis  
octauaz ip̄az diebus de oī-  
potētis dei mia/ et btōz pe-  
tri et pauli ap̄loz ei⁹ aucto-

ritate p̄fisi de iūnct⁹ sibi pe-  
nitētis misericordi⁹ relata-  
mus. *Lu. Lec. ix. Lec. xii.*  
*euangelijm iohānē. Lp. vi.*

**I**n illo t̄p̄xd. i. d. s. et  
turbis iudeoz. Caro  
mea vere est cib⁹: ⁊ sanguis  
me⁹ vere est pot⁹. Et relig.  
*Hom. bīs ioh̄s ch̄p̄ de ea l.*

**C**um de sp̄uālib⁹ disputa-  
mus nihil sit carnale in ala-  
bus n̄ris nihil terrestre: sed  
oīa discedant/oīa abeāt ⁊ ex-  
pellant talia: ⁊ siamus divi-  
nōz eloquioz audientie so-  
lit⁹. Si em̄ rege subveniente  
oīs abiscit tumultus: m̄to-  
magis sp̄u sc̄t nobis loquē-  
te m̄la qđē reque: m̄to autē  
nobis op⁹ est hortoz. **E**t  
em̄ horrore digna sunt q̄ di-  
cūtur hodie. Atmē em̄ aitri-  
si q̄s māducauerit carnē me-  
am/ et b̄berit meū sanguinē  
nō habet vitā eternā. Eterni  
q̄ dicebāt q̄z impossible est  
hoc: ostēdit q̄z nō solū nō im-  
possible: sed ⁊ valde necessa-  
rū. Qui em̄ manducat mēa  
carnē habet vitā eternā: q̄z  
ego refuscitabo eū in noui-  
simō die. *Tu autem. Lec. x.*

**Q**uia em̄ dixit/q̄ mādu-  
cat ex pane hoc vivet  
in efnū: decēs erat eos adi-  
cere hoc: sicut prius dixerūt

Abrahā mortu⁹ est: ⁊ pphē  
te mortui sunt. Et qualis tu  
dicit⁹: nō gustabit morem:  
Resurrectionem igit⁹ posuit  
soluens qđ q̄rebat: et ostendit  
dēs qñ nō morit⁹ vsg⁹ in finē  
Cōtinue aut̄ tit⁹: eli q̄ de my  
steriis est sermonē ostendēs  
rei necessitatē: ⁊ qñ eā oīno  
fieri oportet dicens. Caro  
mea vere est cib⁹: et sanguis  
me⁹ vere est potus. **Lectio. xii.**

**Q**uod aut̄ dicit tale ē  
vino ego ait: sicut p̄  
Et vt non i genitū existimet  
addit hic ppter p̄ez: nō hoc  
ostendens qñ actu alicui⁹ ne  
cessē habet ad viuendū. Su-  
perius enī hoc deſtruens di-  
xit. Sicut enī p̄ habet vitā ſ  
ſemeti p̄: ita dedit ⁊ filio ha-  
bere vitā in ſemeti p̄. Si ho-  
indiget actu inueniet aut pa-  
ter nō dās et ita falsus erit  
ſermo: aut si dederit nullo  
i p̄ idigebit alio ſimul coap-  
plaudere. Quid igit⁹ eſt pro-  
pter p̄ez: Lām hic enigma  
tice inſinuat. **Q**d aut̄ dicit  
tale eſt. Sicut eſt viuēs pa-  
ter ⁊ ego viuor⁹: ⁊ q̄ māduca-  
me: ⁊ ille viuet ppter me. **U**t  
tā aut̄ hic dicit non ſimpli-  
ter: ſed approbatā. **U**m enī  
non de ea q̄ ſimpliciter evita-  
dicit: ſed de glorioſa ⁊ inef-  
ſibili illa: manifeſtu eſt illinc.  
Eteni oēs ⁊ inſideles ⁊ i do-  
ctiviūt: nō manducātes de  
carne illa. Vides ergo quo-  
niā nō de hac ait vita: ſed de

### Hystoria Regū.

illa: Quod autē dici tale est. dederūt decem milia. **A**do  
qm̄ māducat non periet leo super te frater mi iona-  
moriens neq; puniet. Sed tha/ amabilis valde sup amo-  
neq; de resurrectō cōl ait: re mūlierū/sicut mater vni-  
eteni omnes suscitamur: s̄z cum amat filiū/ ita te dilige-  
de precipua et gl̄iosa z mer-  
cedē habēte. **L**u. **E**uange. z  
oīo vt i die sc̄rō. **S**imilis et  
alii oīa. **C** A prima dñica  
post fessū trinita. vſc̄ ad pri-  
mā dñicam augusti cantādū  
est dñicis dieb⁹ de hystoria  
Regū. **C** Dīla autē dñica nē  
fīs intelligitur q; vicinior es  
sīlis illi⁹ sine an fine posuī-  
ue i die kalēdagij fnerit. **L**u  
igil hystoria regū p̄iō fuit  
**A**d ves. **R**. Audi dñe hym-  
nū. vt ifra. viii. **A**d mgt. an.  
**D**oquere domine/ q; aūdit  
seruus tu⁹. **A**n. Lognouerūt  
omnes a dan vſcq; bersabee  
q; fidelis samuel pp̄heta es-  
set dñi. **A**n. Preualuit dauid  
in philisteū in funda z lapi-  
de in nomine dñi. **A**n. Nōne  
iste est dauid de q; canebat i  
choro dicētes/ saul percussit  
mille/ z dauid decem milia  
in milibus suis. **A**n. Quis enī  
in omnibus sicut dauid fide-  
lis inuentus est in regno tuo  
egrediens et regrediens et  
pergens ad imperiū regis?  
**A**n. Bratus rex saul dixit/ mi-  
hi mille dederūt z filio isay

leo super te frater mi iona-  
tha/ amabilis valde sup amo-  
re mūlierū/sicut mater vni-  
cum amat filiū/ ita te dilige-  
bam: sagitta ionathē nunq;  
abīst retrosum/ nec declina-  
uit clypeus eius in bello/ et  
hasta eius nō est auersa. **A**n.  
Rex autē dauid coopto capi-  
te incedēs lugebat filiū suū  
dicens/ absalon fili mi fili mi  
absalon/ quis mihi det vt ego  
moriar p te fili mi absalon?  
**A**n. Dixitq; dauid ad dñm  
cum vidisset angelum ceden-  
tē populū/ ego sum qui pec-  
caui/ ego inique egi/ isti qui  
oues sunt quid fecerunt?  
**A**n. Unxerunt salomonen sa-  
doch sacerdos et nathan p-  
pheta regem in gyon/ z pro-  
cedentes leti dicerunt viuat  
rex salomon. **C** Nota si alt-  
que antiphone supersunt cū  
hystoria Sapientie. incepta  
fuerit ex toto succumbunt.  
**I**nuitat. Regem magnum.  
et cerera omia sernātur vt in  
comuni de tēpore habetur.  
**B**. primū Deus omnīz ex-  
auditor es/ pē misit angelū  
sūi z tulit me de ouibus pa-  
tris mei/ et Unxit mevictio  
ne misericordie sue. **R**. Do-  
minus qui eripuit me de ore

leonis et de manu bestie libe-  
 rauit me. **R. scđ.** Dominus qui eripuit me de  
 ore leonis et de manu bestie  
 liberauit me. **Ips. me eripit:**  
 et de manibus inimicorum  
 meorum. **A.** Misit deus mi-  
 sericordiam suam et verita-  
 té suaz/animā meam eripuit  
 de medio catulorū leonum.  
 Ips. me. **R. iii.** Ego te tuli  
 de domo patris tui dicit do-  
 min⁹/et posui te pascere gre-  
 gem populi mei et fui tecuz  
 in oībus vbiçus ambulasti.  
 Firmans regnum tuū meter-  
 nū. **A.** Fecis⁹ tibi nomē gran-  
 de iuxta nomē magnoz⁹ qui  
 sunt in terra. Firmās. **R. iii.**  
 Planxit autem dauid plan-  
 ctu magno super saul ⁊ sup-  
 ionathā filium eius et dixit  
 quomodo ceciderunt fortes  
 in bello. Et interierūt arma  
 bellicae. **A.** Montes gelboe  
 nec ros nec pluvia super eos  
 descendant ubi ceciderūt ro-  
 busli. Et interit. **R. ii. noc.**  
**R. v.** Adōtes gelboe nec ros  
 nec pluvia veniat super vos  
 Ubi ceciderūt fortis israel.  
**A.** Omnes mones qui i cir-  
 citu eius sunt visitati domi-  
 nus a gelboe autē transeat.  
 Ubi cecide. **R. vi.** Exaudi-  
 mi dñe orationem servi tui

vt edificare templū nos tuo.  
 Benedic et sanctifica domū  
 istam in sempiternū de⁹ isrl.  
**A.** Dñe qui custodis pactum  
 et miam servis tuis qui am-  
 bulant corā te in toto corde  
 suo. Benedic. **R. viii.** Dñe si  
 queritus fuerit popul⁹ tuus  
 et orauerit ad sanctuarium  
 tuū. Tu exaudies in celo do-  
 mine et libera eos de mani-  
 bus inimicoy eoz. **A.** Si pec-  
 cauerit in te pp̄ls tuus ⁊ co-  
 uersus egerit penitentiā ve-  
 nientis⁹ orauerit in loco isto.  
**Tu.** **R. viii.** Audiri dñe hym-  
 nū ⁊ orōne quā seruus tuus  
 orat corā te hodievt sint ocu-  
 li tui apti ⁊ aures tue intēte  
 Super domū istā die ac no-  
 cete. **A.** Responce dñe de factua-  
 rio tuo ⁊ de excelsio celorum  
 habitaculo. **Sup.** **R. iii.**  
**noc. R. ix.** Peccavi super ma-  
 merū arene maris ⁊ m̄stipli-  
 cata sunt peccata mea et nō  
 sum dignus videre altitudi-  
 dinē celi pre multitudine ini-  
 qtatis mee qm̄ irritauit iram  
 tuā. Et malū corā te feci. **A.**  
**A.** Iniquitatē meā ego agno-  
 sco ⁊ delictum meu corā me  
 est sēp tibi soli peccavi. **Et.**  
**R. x.** Preparate corda via  
 dño ⁊ seruite illi soli. **Et** libe-  
 rabit vos de manib⁹ inimi-

*Bystoria regū.*

corū vestrorum. ¶ Auferte  
deos alienos de medio vñi.  
Et lib. **B. vi.** Recordare dñe  
testamenti tui et dic angelo  
percutienti cesser tam man<sup>9</sup>  
tua. Ut non desolef terra et  
ne p das omnē aiam viuā. ¶  
Quiescat dñe ira tua a po-  
pulo tuo et a civitate sancta  
tua. Et. **B. vii.** Factuz est dñ  
tolleret dñis helyam per tur-  
binē in celū helizeus clama-  
bat dicens. Pater mi pater  
mi curr<sup>9</sup> israel et auriga ei<sup>9</sup>.  
¶ Lūqz simul pergerent et in-  
cedentes sermo cinaren ec-  
ce currus igneus et equi ig-  
nei diuiserunt vtrumqz et cla-  
mabat helizeus. Pater mi.  
**C**lū *bystoria reguz primo*  
*teruak.* **Ic. i.** *Incipit liber re-*  
**E**tit vir unus (**guz. i.**)  
de ramathaim sophi/  
de monte efraim: et nomen  
eius helchana filius hiero-  
boam filii heliu/filiis thau/fi-  
lii suphephratus: et habuit  
duas vrozes: nomen vni ana-  
na/et nomen secude fenēna.  
Fueruntqz fenēne filii: anne  
autē non erant liberi. ¶ Et  
ascendebat vir ille de civita-  
te sua statutis dieb<sup>9</sup>: et ador-  
aret et sacrificaret dño exer-  
citū in sylo. Erant autē ibi  
duo filii heli ophni et finees  
sacerdotes domini. **Lec. ii.**  
**D**icit ergo dies et smo  
lavit helchana: dedit  
qz fenēne vxo: et sue et cunctis  
filis eius et filiab<sup>9</sup> partes.  
Anne autē dedit partē vnam  
tristis: quia annā diligebat  
dñs autē cōcluserat vluvam  
eius. ¶ Affligebat quoqz eā  
emula eius: et vehemēter an-  
gebat: in tm vt exprobraret  
qz dñs cōclusisset vluvā ei<sup>9</sup>.  
Sicqz faciebat per singulos  
annos cum redeunte tempo-  
re ascenderet templum dñi:  
et sic puocabat eā. **Lec. iii.**  
**D**oro illa siebat: et no  
capiebat cibuz. Dirit  
ergo ei helcana vir suis. An  
na cur fles: et quare nō come-  
dis: et quāobrem affligitur  
cor tuū? Numqd nō ego me  
lior suz tibi qz decē filii: Sur  
exit autē anna: postqz come-  
derat i sylo et biberat. **Ic. iii.**  
**E**t heli sacerdote sedē  
te sup sellā an postes  
templi dñi: cū eēt āna ama-  
ro afo: oravit dñs fles largi-  
ter: et votū votū dices. Dñe  
exercitu si respiciēs vider  
afflictione in famule tue et re-  
cordar<sup>9</sup> niet fueris nec oblī-  
tus ancille tue dederis ser-  
ue tue sexum virilem: dabo  
eum dño omnibus dieb<sup>9</sup> v-

te eius: et non acula nō ascen-  
det sup caput ei⁹. **F**actus  
est ergo cum illa multiplica-  
ret preces coram dñor ut he-  
li obseruaret os ei⁹. **Lec. v.**

**D**ixit anna loqba in  
cordes suo: tñqz labia  
ei⁹ mouebant: et vox penit⁹  
non audiebat. **E**stimauit  
igit̄ eā heli temulētā dixitos  
ei. **U**isq; quo ebria eris? Di-  
gere paulisper vñ quo ma-  
des. **R**espondens anna ne-  
quaç inquit dñe mi. Nam  
mulier infelix nimis ego sū:  
vñqz et omne qđ inebriare  
potest nō bibi: sed effudi ani-  
maz meā in sp̄ctu dñi. Ne  
reputes ancillā tuam quasi  
vnā de filiabus belial: qz ex  
multitudine doloris et me-  
roris mei locuta sū vñqz i pre-  
sens. **T**unc heli ait ei. Vade  
in pace et deus israel det tibi  
petitionē quā rogasti eū. At  
illa dixit. Utinā iueniat acil  
la tua grazi oclis tuis. **L. vi.**

**E**tabiſt mulier in via  
suā et comedit⁹ et vul-  
tus ei⁹ nō sunt amplius i di-  
uersa mutati. Et surrexerūt  
mane et adorauerūt corā do-  
mino: reuersiqz sunt et vene-  
rūt i domū suā ramatha. Lo-  
gnouit at helchana ānā vro-  
re suā: et recordatus est eius

dñs. **E**t factum est post cir-  
culum dierū concepit āna et  
peperit filium: vocauitqz no-  
men eius samuel: eo qđ ad dñs  
postulasset eum. **Lec. vii.**

**H**Scendit autē vir ei⁹  
helchana: et omnis do-  
mus eius: ut immolaret domi  
no hostiam solēnem et votū  
suum: et anna non ascendit.  
**D**ixit em̄ viro suo. Nō vadā  
donec ablactetur infans: et  
duca eum ut appareat ante  
conspectū dñi: et maneat ibi  
iugiter. Et ait ei helchana  
vir suus. Fac qđ bonum tibi  
videtur: et mane donec abla-  
ctes eum: precoroz ut i pleat  
dñs verbum suum. **Lec. viii.**

**M**ansit ergo mulier et  
lactauit filium suum  
donec amoueret eum a lacte.  
**E**t adduxit eū secum postqz  
ablactauerat in vitulis trib⁹  
et trib⁹ modis farine et am-  
phora vini: et adduxit eū ad  
domū dñi in sylo. Duer autē  
ad huc erat infantulus. Et i-  
molauerunt vitulū: et obtule-  
runt puerū heli. Et ait anna.  
**O**bsecro mi dñe vuit anima  
tuā: ego sum illa mulier que  
steti corā te hic orans dñm  
p puerō isto. **O**ravit⁹ et dedit  
mihi dñs petitionē quā po-  
stulauit eū. Idcirco et ego cō-

**Historia Regum. II.**

modauit eū dñō/ cunctis diebus qbꝫ tuerit accōmodatō dñō. Et adorauerūt ibi dñz.

**C**ubyl. re. ii. ser. i. regu. II

**S**amuel mint: **Lec. I.** strabat ante faciē dñi puer accinctus ephot lneo.

Et tunicā paruā faciebat ei mater sua quā afferebat statutis diebus ascēdens cūviro suo; vt imolaret hostiā solenne z votū suū. **E**t bñdixit heli helchane z yrori ei? dirixit eī. Reddat tibi domini nussemē de muliere hac: p fenoꝫ qd̄ cōmodati domio Et abierūt ī locū suū. Visitauit ergo dñs annā z pcepit z et pepit tres filios z duas filias. Et magnificatō est puer samuel apō dñm. **Lectio. ii.**

**H**ec autē erat seneꝫ valde. Et audiuit omnia que faciebat filiis suis in uerso israeli; et quomō dormiebat cū mulieribus que obseruabant ad osium tabernaculi: z dixit eis. Quare facit res huiuscemodi quas ego audiō: res pessimas ab oī populo? Aolite filii mei. Nō ei est bona fama quam ego audiō: vt trāsgredi faciat is puluz dñi. **S**i peccauerit vir in viruz placari ei potest vide? nō autē in dñz peccauerit nūt̄z preciā brachiū tuūz

vir quis orabit p eo? Et nō audierūt vocē pris sui: q̄ vo luit occidere eos dñs. Puer autē samuel proficiebat atq̄ crescebat: et placebat tā deo q̄ hominibus. **Lectio. III.**

**T**enit aut̄ vīt̄ del ad he li z ast ad eū. Nec dicit dñs. Nūqd̄ nō apte reue latus sum domui patris tui cum eset in egypto in domo pharaonis: z elegi euū ex oī bus tribubus israel mihi in sacerdotē: vt ascenderet al tare meum: et adoleret mihi incensum: et portaret ephot corā me: z dedi domui patris tui oīa de sacrificijs filiorū israel. **Q**uarē calce abiciatis victimā meam z munera mea que precepit offeretur in templo: z honorasti filios tuos magis q̄ me: vt comederetis primitias oīs sacrificij israel populi mei. **Lec. IIII.**

**P**ropterea ait dñs de israel. Loques locū lum: vt dom⁹ tua z dom⁹ pa tris tui ministraret in cōspe ctiu meo usq; in sempiternum. Hunc autē dicit dñs. Abist hoc a me. Sed qcūz honori facauerit me glorificabo eūz qui autē p̄ennunt me: erunt ignobiles. **E**cce dies ve

brachis dom<sup>9</sup> patris tui: vt  
nō sit senex in domo tua. Et  
videbis emulū tuū i tēplo in  
eniuersis p̄speris Israēl: et nō  
erit senex i domo tua oībus  
dieb<sup>9</sup>. Verūtū nō auferā pe-  
nit<sup>9</sup> virū ex te ab altari meo:  
sed vt deficiat oculi tui et ta-  
bescat cor tuū et anima tua:  
et pars magna domus tue  
morietur/ cum ad virilē eta-  
tem venerit. **Tu.** **Lectio. v.**

**D**ocautē erit tibi signū  
qd<sup>9</sup> venturū est duob<sup>9</sup>  
filiis tuis ophni et finees. In  
die vna moziuntur ambo. Et  
suscitabo mihi sacerdotē fi-  
dele q̄ iuxta cor meū et alam  
mēa faciat<sup>9</sup> et edificabo ei do-  
mū fideliē: et ambulabit corā  
xp̄o meo cūctis dieb<sup>9</sup>. Futu-  
ra est aut̄ vt qcūq̄ remāserit  
in domo tua veniat vt ore p-  
eo: et offerat nūmū argēteū et  
torā pāis: dicatq<sup>9</sup>. Dīmitte  
me obsecro ad vna p̄te sacer-  
dotale vt comedaz buccellā  
**P**panis. **Tu autē.** **Le. vi.**

**Q**uer aut̄ samuel mīn-  
strabat dño corā heli: et fino  
dñi erat p̄ciosus. In dieb<sup>9</sup> il-  
lis non erat vīlio manifesta.  
Factū est ḡ i die qdā heli ta-  
cebat i loco suo: et oculi ei<sup>9</sup> ca-  
llauerāt: nec poterat videre  
lucernā dei sānct<sup>9</sup> extigueret.

Samuel aut̄ dormiebat i tē-  
plo dñi et ybi erat archa dei.  
Evocauit dñs samuel. Qui  
rūdes ait. Ecce ego. Et cu-  
currit ad heli: et dixit. Ecce  
ego. Vocasti enī me? Qui di-  
xit. Nō vocau. Reuertere et  
dormi. Et abiit et dormiuit.  
**E**t adiecit dñs vo<sup>9</sup> **Lvij**  
Care rurū samuel. Co-  
surgēs samuel abiit ad he-  
li: et dixit. Ecce ego: q̄ voca-  
sti me? Qui rūdit. Nō vocau-  
te fili mi. Reuertere et dormi-  
tozo samuel necdūsciebat  
dñz: neq; reuelatus ei fuerat  
sermo dñi. **L**adiecit dñs et  
vocavit adhuc samuel tertio  
Qui surgēs abiit ad heli: et  
ait. Ecce ego: q̄r vocasti me.  
Intellexit igit<sup>9</sup> heli qdñs vo-  
caret puer<sup>9</sup>: et ait ad samuel.  
Vade et dormi<sup>9</sup>: et si deinceps  
vocauerit te dices. Loque-  
dñs: q̄ audit seru<sup>9</sup> tu<sup>9</sup>. **L. viii.**  
**H**uius ergo samuel: et  
dormiuit in loco suo.  
Et venit dñs et stetit: et vo-  
uit sicut vocauerat secundo.  
Samuel samuel. Et ait sa-  
muel. Loquere dñs: quia au-  
dit seruus tu<sup>9</sup>. Et ait dñs ad  
samuel. Ecce ego facio s̄bū  
in isrl: qd̄ qcūq̄ audierit nō  
niet ambe aures et<sup>9</sup>. In die  
illa suscitabo aduersum he-

**H**istoria Regū. II.

li oia q̄ locnt⁹ suz sup domū  
el⁹. Incipiā z cōplebo. Pre-  
dixi enī ei q̄ iudicaturus es-  
set domū eius in eternū pro-  
pter iniqtatē: eo q̄ nouerat  
indigne agere filios suos: et  
non corripuit eos. Idecirco  
turauit domui heli: q̄ nō ex-  
plex intq̄tas domus et⁹ vici  
mis et munerib⁹ vsc⁹ ineter  
nū. **C**ū hyslo. regū. Lectio. I.

seruat. i. regū. II. Lectio. I.

**E**t dixit samuel ad sa-  
ul abe misit dñs vtrū  
gerē te i regē sup pp̄lm ei⁹ is-  
rael. Hūc ergo audi vocem  
dñi. Ille dicit dñs exercitu-  
um. Descensui quecū fecit  
amalech israeli: quomō resti-  
tit et in via cū ascenderet de  
egyptō. Hūc igit vade z p-  
cute amalech: et demolire  
vniuersa ei⁹. Nō parcas ei z  
nō cōcupiscas ex reb⁹ ipius  
aliqd⁹ sed iterfice a viro vsc⁹  
ad mulierē et parvulū atq̄  
lactētē: bouē z ouē camelū z  
asinū. Tu aut. **Lectio. II.**

**P**eceperit itaq̄ saul po-  
pulorēt recentrit eos  
quasi agnos ducenta milia  
peditū: et decē milia virozū  
tuda. Līc⁹ venisset saul vsc⁹  
ad cīnitatē amalech: terēdit  
insidias in torrēte. **D**ixit  
q̄ saul cyneo Abite recedit-

te atq̄ discedite ab amalech  
ne forte iuoluā te cū eo. Tu  
enī fecisti miām cū obus  
filiis israel: cū ascenderet de  
egyptō. Et recessit cyne⁹ de  
medio amalech. **Lectio. III.**

**S**ercuitq̄ saul amalech  
ab euila donec ve-  
nias assur: q̄ est e regiōe egypti.  
Et apprehēdit agag re-  
gem amalech viuu. De ante  
vulgus interfecit in ore gla-  
dis. **E**t pepercit saul z po-  
pulus agag et optimis gre-  
gib⁹ ouiu⁹ z armentoz⁹ et ve-  
stibus z artelib⁹ z vniuersis  
q̄ pulchra erant: nec volue-  
runt disperserē ea. Quicqd  
vero vile fuit et reprobum:  
hoc demoliti sunt. **Lectio. III.**

**H**actū est aut h̄bū dñi  
ad samuel dicēs. Pe-  
nitit me q̄ substitueri saul re-  
gem: q̄z dereliquit me: z ab  
mea ope nō sp̄leuit. Contrit-  
statusq̄ ē samuel et clamauit  
ad dñm tota nocte. **L**īc⁹  
de nocte surrexisset samuel  
vt tret ad saul mane nūciatū  
est samuel eo q̄venisset saul  
in carmelum: et erexisset sibi  
fornicem triumphalem: z re-  
uersus transisset descendis-  
setq̄ in galgala. **Lectio. V.**

**T**enit ergo samuel ad  
saul: et saul offerebat

olocaustū dñio de initiss pre  
darū q̄ attulerat ex amalech  
Et dū venisset samuel ad sa-  
ul: dixit ei saul. Bñdictus tu-  
dño. Impleui verbū domini  
Dixitq; samuel. Et q̄ est hec  
vox gregum que resonat in  
auribus meis: et armentoru-  
quam ego audio? Et ait sa-  
ul. De amalech adduxerunt  
ea. Pepercit eñm populū me-  
lioribus ouibus et armentis  
ut immolarent dño deo tuo?  
reliqua vero occidim? **Lectio. vi.**

**D**ixit autem samuel ad sa-  
ul. Sine me: et indica-  
bo tibi q̄ locutus sit dñs ad  
me nocte. Dixitq; et. Loque-  
re. Et ait samuel. Nonne cū  
parvulus essem in oculis tu-  
is: et caput in tribubus israel  
factus es? Unxitq; te dñs in  
regez super israel: et misit te  
dñs in viā et ait. Vade et iter-  
fice peccatores amalech: et  
pugnabis cōtra eos usq; ad  
iterminationē eoz. Quare non  
audisti vocē dñi: sed versus  
ad predā es: et fecisti malum  
in oculis dñi? Et ait saul ad  
samuel. Immo audiui vo-  
cem dñi et ambulauit in via p  
qua misit me dñs: et adduxi  
agag regē amalech: et ama-  
lech interfecit. Tulit autem po-  
pulus de predā oves et bo-

ues primītas eorū que cess-  
sunt: ut imolaret domino deo  
suo in galgalis. **Lectio. vii.**

**E**t ait samuel. Numqđ  
vult dominus olocausta  
aut victimas: et non poti⁹ ut  
obediat vox dñi? Melior  
est em̄ obediētia q̄ victimae:  
et auscultare magis q̄ offer-  
re adipē arietum: qm̄ q̄ si pec-  
catū ariolandī est repugna-  
re et q̄ si scelus idolatrie noile  
acquiescere. Pro eo ergo q̄  
abiecit sermonem dominus:  
abiecit te dñs ne sis rex. **Dixi-**  
**tos** saul ad samuelē. Pecca-  
uitq; pūaricatus sum ser-  
monē dñi: et verba tua timēs  
populū: et obediēs vocē eoz.  
Sed nūc queso porta pecca-  
tum meū: et reuertere mecū  
ut adorē dñm. Et ait samuel  
ad saul. Non reuertar tecum  
quia proleciisti sermonē do-  
minū: et proleciit te dñs: ne sis  
rex super israel. **Lectio. viii.**

**E**t querens est samuel  
vt abiret. Ille autem ap-  
prehēdit sumitatem palli⁹ ei⁹:  
que et cōcilla est. Et ait ad eū  
samuel. Scidit dñs regnum  
israel a te hodie: et tradidit il-  
lud proximo tuo meliori te.  
Porro triumphator i israel  
nō parcer: et penitūdine non  
flectet. Neq; em̄ est homo: vt

B.1.

**Hystoria Regum. iii.**

agit penitentiaz. At ille ait.  
Peccavi. Sz nich honorā me  
corā seniorib⁹ ppli mei ⁊ co  
rā israel: ⁊ reuertere mecūv  
adorē dñm deū tuū. Beuer  
sus ergo samuel: securus est  
saulē. Et adorauit saul dñm  
Dixitqz samuel. Adducite  
ad me agag regez amalech /  
ablatus es ei agag pinguis  
simus et tremens. Et dixit  
agag. Siccine separat ama  
ra mors. Et ait samuel. Si  
cut fecit abſqz liberis mulie  
res gladius tuus ⁊ sic abſqz  
liberis erit iter mulieres ma  
ter tua. Et in fruſtra conſci  
dit eū samuel coram dño in  
galgalis. **C**ū hystoriare  
go. iii. seruat. l. i. Regū. xvij.

**E**t tēpoze quo viderat  
saul dauid egredientē  
contra philisteum: ait ad ab  
ner principē militie. De qua  
ſtripe dēscidit hic adolescēs  
abner: Dixitqz abner. Vixit  
anima tua rex si noui. Et ait  
rex. Interroga tu cuius fili⁹  
ſit iste puer. **C**ūqz regres  
ſus eſſet dauid percusſo phi  
liſeo: tulit eū abner ⁊ intro  
duxit coram Saul: caput phi  
liſei habentem in manu. Et  
ait ad eū Saul. De qua proge  
nie es o adolescentēs: Dixitqz  
dauid. Filius servi tui ifay

bethleemite ego sum. **P**c. ii.

**E**t factū eſt cū cōpleſ  
ſet loq ad Saul aia io  
nathe colligata eſt anime da  
uid: ⁊ dilexit eū ionathas q̄i  
animā ſuā. Tūlitqz euz Saul  
in die illa: ⁊ nō conſeſſit eivt  
reuerteretur i domū patrie  
ſuī. **C**onterunt autem ion  
athas ⁊ dauid fedus. Dilige  
bat eſſe uim quaſi animā ſuā  
Naz expoliauit ſe ionathas  
tunica ſua qua eraſt indur⁹ et  
dedit eā dauid: ⁊ reliqua re  
ſtimēta ſua vſcqz ad gladiū et  
arcū ſuū ⁊ vſcqz ad balthem  
Egrediebatur q̄qz dauid ad  
ola quecūqz miſſet eū ſati:  
⁊ prudenter ſe gerebat. Po  
ſuitqz eū ſaul ſug viros bel  
li: ⁊ acceptus eraſt in oculis  
vniuersi populi: maximeqz i  
cōſpectu famuloꝝ ſaul. **iii.**

**D**oro cū reuerteretur  
percusſo philisteo dō  
et ferret caput in hierufale: ⁊  
egrelle ſunt mulieres de vni  
uersis vrib⁹ israel cārantes  
chorosqz ducētes i occurſuz  
ſaul regis i timpanis letitie  
et cistris ⁊ precinebant mu  
lieres lugētes: atqz dicētes.  
Percusſit ſaul mille ⁊ dauid  
decē milia. **C**ontratus eſt au  
tē ſaul nimis ⁊ diſplicuit in  
oculis ei: iste ſermo Dixitqz

Dederunt dauid decem milia: et  
michi mille dederunt? Quid  
et superest nisi solū regnum?  
Non rectis ergo oculis saul  
aspiciebat dauid: a die illa  
et deinceps. **Lectio. iii.**

**Q**uod diē autē alter⁹ in-  
tus i domi p-  
erunt autem q-  
uid fedus d-  
m quasitā  
lauit se tunc  
qua erat in  
dauid: et reu-  
luit ad eum  
vīz ad dā-  
patur q- dā-  
mūlūdā  
er le generā  
saul sup vīz  
otus erat in  
opuli maria  
famulorū f-  
ro cū reuer-  
cuso p-  
aput hīp-  
it molivē  
b⁹ israel  
ducētes loc  
i timpanis  
pecunias  
tes aetate  
saul mille  
**C**ontra  
is et dīp-  
le fermōdī

mea ī eo: sit sup eū manus  
philistinorū. Aut aūt dauid  
ad saul. Quis ego sum aut q  
estīta mea: aut cognatio pa-  
tris mei in isrl' vt fīaz gener

**E**t tēp⁹ vt cū deberet da-  
ri merob filia saul dauid: da-  
ta est adriel molarbīte vīz  
dilexit aut dauid michol fi-  
liā saul alterā. Et nūciatū ē  
sault: et placuit ei. **Dixitq; sa-**  
ul. Dabo ea: illi vt fiat ei in  
scādalu: et sit sup eū manus  
philistinorū. **Dixit ergo saul**  
ad dauid. In duab⁹ reb⁹ ge-  
ner me⁹ eris qodie. Et māda-  
uit saul seruī suis. Loqmī  
ad dauid clā me dicētes. **Ece**  
placest regi: et oēs seruī  
ei⁹ diligūt te. Hūc ḡ esto ge-  
**E**ner regis. **Tu. I.c. vii.**  
**E**t locutis sūr seruī saul  
in aurib⁹ dauid oīa ñba hec.  
Et ait dauid. Nū parū vide-  
tur vobis generū esse regis.  
Ego autē sū vir paup et te-  
nuis. Et renunciauerunt ser-  
ui sauli dicētes. **Huiuscemo**  
diverba locut⁹ est dauid. **Dixit**  
aut saul. Sic loqmī ad  
dauid. Non habet necesse  
rex sponsalia nisi tantū cen-  
tū preputia philistinorum:  
vt fiat vltio de inimicis re-  
gis. Porro saul co gitabat

G. II.

**Hystoria Regum. v.**

tradere dauid in manū philiſtimorum. Lūc̄ renunciasſent ſerui eius dauid verba que dixerat ſaul: placuit ſermo in oculis dauid ut fieret gener regis. **Lectio. viii.**

**E**t post dies paucos surgens dauid: abiit in accaron cum viris qui sub eo erant: et percuſſit ex philiſtim ducentos viros/ attulitq; prepucia eorum et annuleravit ea regi: vt eſſet gener regis. Dedit itaque ſaul nichol filiam ſuā vorē. Et vidit ſaul: et intellexit qd̄ do minus eſſet cum dauid. Nichol autē filia ſaul diligebat eū: et ſaul magis cepit timore dauid. Factusq; eſt ſaul iūnicus dauid: cunctis dieb̄. Et egressi ſunt prícepes philiſtimorū. A principio autem egressionis eoz prudentiſe gerebat dauid: qd̄ oēs ſerui ſaul. Et celebre factū eſt nomen eius nimis. **Cumbyſtoria regū quinto ſerual. Lectio. i.** **Incipit liber regū. ii.**

**E**Acti eſt poſt moratu⁹ eſt ſaul: vt dauid reuertereſet a cede amalech: et maneret in ſicilech duos dies. In die autē tertia apariuit homo veniens de caſtris ſaul ueste conſciſſa: et

puluere conſpersus caput. Evt venit ad dauid: cecidit ſuper faciē ſuā et adorauit. Dixitq; ad eū dauid. Unde venis? Qui ait ad eum. De caſtris iſrael fugi. **E**t dixit ad eum dauid. Quod eſt h̄bū quod factū eſt? Indica mihi? Qui ait. Fugit popuſ ex prelio: et multi coruenteſ e populo mortui ſunt. Sed et ſaul et ionathas filius ei⁹ interierūt. **Lectio. ii.**

**D**ixitq; dauid ad adoleſcentēq; nūciauit ei. Unde ſcis qd̄ mortuus eſta ul et ionathas filius ei⁹? Et ait adoleſcents qui nūciabat ei. Laſu veni in monte gelboe: et ſaul incubebat ſuper haſtā ſua. Porro currus et equeſt appropinquabant ei.

**E**t cōverſus poſt tergum ſuum: vidensq; me vocauit. Lui eū rōndissē aſſū: dixit mihi. Quisnās tu? Et aio ad eū. Amalechites ego ſū. Et locutus eſt mihi. Sta ſuper me et interfice me qd̄ tenet me anguſtia: et adhuc tota ania mea in me eſt. **U.**

**S**ed occidi illū. Sciebā enī qd̄ viuere nō poterat poſt ruinaz. Et tuli diadema qd̄ erat in capite ei⁹: et armillā

de brachio illi⁹ et attuli ad te dñm meū huc. Apprehendens autem dauid vestimenta sua scidit; oēsq; viri q̄ erant cū eo; planxerunt et fleuerūt et ieiunauerunt vsc⁹ ad vesperā sup saul et sup ionathā filiū eius et super populo dñi et sup domū israel: eo q̄ corrussit gladio. **Lxx.**

**D**ixitq; dauid ad tu-  
quene q̄ nūc lauerate ei  
Unde es tu? Qui respondit.  
Filius hois aduene amale-  
chite ego sum. Et ait ad eū  
dauid. Quare non timuisti  
mittere manū tuā vt occide-  
res xp̄m dñi? Uocāsq; da-  
uid vnuz de pueris suis ait.  
Accedēs irruē in eum. Qui  
percussit illū; mortuus est.  
Et ait ad eū dauid. Sanguis  
tuū sup caput tuū. Os eīm  
tuū locutū est aduersū te dī-  
ces. Ego interfeci xp̄m do-  
minū. Tu autem. **Lectione.**

**D**lancit autē dauid plā-  
ctū huiuscemodi sup  
saul et sup ionathā filiū ei⁹ et  
p̄cepit vi doceret filios suos  
placitū sicut scriptū ē i libro  
iustoz. Et ait. Cōsidera isrl  
p̄his q̄ mortui sūt sup excel-  
sa tua vulnerati. Incliti isrl  
sup mōtes tuos interfici sūt  
Quomodo ceciderunt for-

tes? Nolite anūciare i geth-  
negz annuncietis in comp-  
tis ascalonis; ne forte letē-  
tar filie philistim: ne exul-  
tēt filie sc̄ircūcīsoꝝ. Mōtes  
gelboe nec rosne c pluuiave-  
nūt sup vos. Neq; sint agri  
primitiarū; q̄ ibi est abieci?  
clype⁹ fortū clype⁹ saul q̄ si  
nō ec̄t vnc⁹ oleo: a sanguine  
interfector⁹ ab adipe fortū.

**S**Agitta ionathe **I.vi.**  
Sūnūq; redit retrofūz;  
et gladi⁹ saulis nō est rever-  
sus ianis Saul et ionathas  
amabiles et decori valde i vi-  
ta suarū morte q̄ sūt di-  
uisi. Aquillis velociores; leo-  
nibus fortiores. Filie israel  
sup saul flere q̄ vestiebat vos  
coccino i deliciis; q̄ p̄bebat  
ornamenta aurea cultū ve-  
stro. Quō ceciderūt fortē i  
plio? Jonathas i excelsis tu-  
is occisus est. Doleo sup te  
frater mi ionatha decore ni-  
mis; et amabilis sup amore  
mulier⁹. Sicut mater vnicū  
amat filiū suū; sic te dilige-  
bam. Quomodo ceciderunt  
robusti; et perierunt arma  
bellica? Tu autem. **Lectione.**  
**I**H̄is post hec cōsuluit  
dauid dñm dīcēs. Nū  
ascēdā in vñā de ciuitatib⁹  
tuda. Et ait dñs ad eū. Asce-  
dā. **G. iii.**

**Hystoria Regum. vi.**

de. **D**ixitque daniel. Quo ascē  
dam? Et respondit. In ebrō  
Ascendit ergo daniel et due  
vpo es eius achimocen isra-  
helites et abigail uxor nabal  
carmeli. Sed et viros q̄ erāt  
cū eo duxit daniel singulos  
cum domo suā et manserūt  
in oppidis ebrō. Generūtq̄  
viri iuda et vñxerunt ibi da-  
nī. vt regnaret super domū  
iuda.

**Lectio. viii.**

**E**t nunciatū est daniel  
q̄ viri iabes galaad se  
pelissent saul. Dicit ergo da-  
niel nuncios ad viros iabes  
galaad: dixit ad eos. Bi-  
dicti vos a dño q̄ fecistis mi-  
sericordiaz hanc cū dño vro  
saul et sepelitis eū. Et nūc  
retribuet quidem dñs vobis  
miam et veritatē sed et ego  
reddam grām: eo q̄ fecistis  
verbū istud. Lōfortent ma-  
nus vestrē et estote viri forti  
tudinis. Licet enim mortuus  
sit dñs vester saul: tñ me vñ-  
xit dom⁹ iuda in regem sibi.

**¶** **L**u hysto. Regum. vi ser-  
vatur. ii. Regum. xii. Lec. i.

**M**ilit dñs nathā ad da-  
nid. Qui cum venisset  
ad eū: dixit ei. Binde mihi tu  
diciū. Duo viri erāt in ciuitate  
vna: vñus diues et alter  
paup. Diues habebat oues

et bonas plurimos valde: pau-  
per aut oīno nihil habebat p̄  
ter ouiculā vñā guulā quam  
emerat et nutriterat et q̄ creue-  
rat apud eū cuz filijs ei⁹: si l̄  
de pane illi⁹ coedēs et de ca-  
lice ei⁹ bibēs et ī sinu illius  
dormies: eratq; ei sicut filia.

**L**uz autē peregrin⁹ quida-

venisset ad diuitē parca nū  
le sumere de ouibus et de bo-  
bus suis ut exhiberet conui-  
uiū illi peregrino q̄ venerat

ad se: tulit ouē viri paupis et

pparauit cibos hoi q̄ vene-  
rat⁹ at rat ad se. ¶ **I** **d**avid indignatio ad

uersū hoiez illū nūmis: dixit  
ad nathā. Utuit dñs: qm̄ si  
li⁹ mortis est vir q̄ fecit hoc

Quē reddet in quadruplici⁹  
eo q̄ fecit verbum istud et nō  
pepcit. Dixit autē nathan ad  
daniel. Tu es ille vir: q̄ feci-  
sti hāc rē. Hec dicit dñs de  
us israel. Ego vñpi te in re-

gem sup israel et ego erut te  
de manu saul et dedit tibi do-  
mū dñi tui et uxores dñi tui  
sinu tuo: dediq; tibi domuz  
israel et iuda: et si parua sit

ista adiaceat tibi multo mai-  
ra. Quare ergo cōtempisti  
verbū dñi⁹: vt faceres maluz  
in p̄spectu meo: Cūriā ethē-  
um percussisti gladio: et ux-

re illū accep-  
er interfici  
rū ammon  
receder glaci  
vñs septe  
peris me: et  
et p̄p̄ et effe  
**L**ac  
te malib⁹  
vñres tua  
dabo prim  
cūpōlū  
būp⁹. Tue  
te: ego v  
in conse  
specifū  
ad nathā  
Dñs dñs  
Dñs quo  
tu. Non  
qm̄ blasph  
micos non  
te mouet  
**E** **T** **d**om⁹  
dñs par  
vñrōne d  
el. Depon  
pro parua  
mid letunc  
sum iacut  
rit aut ser  
cogētes  
terra. Q

**T**er illi<sup>9</sup> accepisti in uxore tibi edit cum eis cibum. **C**acci  
et interfecisti eū gladio filio dūt aut die septima ut more-  
rū ammon. Quāobrem non refūsū timuerūtq; serui da-  
recedet gladi<sup>9</sup> de domo tua uid nunciare ei: q̄ mortuus  
v̄sq; in sepiternūzeo q̄ despē  
eris me: r̄ tuler<sup>9</sup> uxore vtre  
ethel vt esset uxor tua. **Lectio. v.**

**T**ac̄ hec dicit dñs ec- te malū de domo tua: tollā est puer se affliget. **Tu. Lc. v.**  
vxores tuas in oculis tuis r̄  
dabo primo tuo: r̄ dormiet **C**uñq; audisset dauid  
cū uxori<sup>9</sup> tuis in oculis sol- suos suos musitātes  
itellerit q̄ mortu<sup>9</sup> esset infā-  
hui<sup>9</sup>. **Tu** em̄ fecisti abscondi tul<sup>9</sup>. **Dixitq; ad seruos suos**  
te: ego vero faciā b̄bū istud **Nū mortu<sup>9</sup> est puer.** Qui re  
in conspectu ois israel: r̄ cō spōdet ei. **Mortu<sup>9</sup> ē Surre**  
spectu solis. **E**t dixit dauid xit ergo dauid de frāz r̄ lot<sup>9</sup>  
ad nathā. Peccauī domino vñctusq; est. **Lūc** mutasset  
Dixitq; nathan ad dauid. vestē igrēsus ē domū dñi et  
dñs quoq; transtulit p̄cm̄ adorauit: r̄ venit i domū su-  
tuū. Non morteris. Uerūtū am petiuitq; vt ponerent ei  
qm̄ blasphemare fecisti ini- panē et comedit. **Lectio. vi.**  
micos nomē dñi ppter b̄bū **D**ixerūt aut ei serui sui  
hoc: fili<sup>9</sup> q̄ nat<sup>9</sup> est ubi mor- quis est sermo quez  
te morietur. **Lectio. viii.** fecisti? Propter infantē cum  
**E**treuer<sup>9</sup> est nathā i domū suā. **P**ercusisti  
q̄ dñs parvulū quē peperit rexisti r̄ cōedisti panē. Qui  
uxor vtrē dauid: et desperat<sup>9</sup> ait. Propter infantē cum ad  
est. **H**ēpcatusq; ē dauid dñs huc viueret ieiunauit et fleuit  
pro parvulo: et ieiunauit da **D**icebā enī. **Q**uis scit si for-  
mid leitnio: et ingressius leo: te donet eū mibi dñs: r̄ viuat  
sum iacuit sup terra. **V**ene- **I**nfans. Nūc aut q̄ mortu<sup>9</sup> ē  
rūt aut seniores dom<sup>9</sup> eius: quare ieiuno? **N**unq; pote-  
cōgetē eam vt surget de ro renuocare eū ap̄plus. **E**go  
terra. **Q**ui noluit: neq; cō- vadā magis ad eū ille vero  
G illi

**H**ystoria Regū. vi.

hō reuertet ad me. **Tu. v.**  
**E**t confolatus est dauid bethsabee uxorez suā ingressusq; ad eam dor- miuit cū ea. Que genuit filium et vocavit nomē ei⁹ sa- lomon: et dñs dilexit eū. **M**isi- sitq; in manu nathan pphe- te: et vocavit nomē ei⁹ ama- bilis dñs: eo q; diligenter euz dñs. **I**git pugnabat ioab cōtra rabbath filiorū amō: et ex pugnabat vrbe regiā. **M**isi- sitq; ioab nuncios ad dauid dicēs. **D**imicauit aduersum rabbath: et capiēda est vrbs aq;.  
Huc s; gregā reliquā partē pp̄t et oblide ciuitatez et cape eāne cū a me vastata fuerit vrbs nō meo ascribat victoria. **Tu. autē. Rec. viii.**

**C**ongregauit itaq; dauid om̄e pp̄m: et pro- fectus est aduersū rabbath. **L**ucus dimicasset cepit eam: et tulit diadema melchon de capite ei⁹ pondo auri talen- tū habēs gēmas preciosissi- mas: et impositum est sup ca- put dauid. Sed et predam ciuitatis asportauit multā val- der: pp̄lm quoq; eius addu- cens serrauit: et circuibigit sup eos serrata carpēta. **O**ni- vīlit cultris: et transducit in tipo laterū. Sic fecit vniuer- sis ciuitatibus filioz amō Et reuersus est dauid et omnis exercitus in hierusalem. **Cum hysto. regū septimo feruat lec. i. Incipit liber re-**

**E**t rex daid (sū tertii). vid senauerat: habebat etasq; plurimos dies. Lū- q; operiret vestibus: nō ca- lefiebat. Dixerunt ergo ei ser- ui sui. Queram⁹ dñs nō re- giadolescētūlā virginem: et sicut corā rege et foueat eum: dormiatq; in sinu suo: et cale- faciat dñs nō in regē. **Q**ue- sierūt igit adolescētūlā vir- ginē speciōsam in omnib⁹ fi- nibus israel: et inuenierūt abi- sag sumamitem: et adduxerūt eā ad regē. Erat autē pulchra nimis. Dormiebatq; cū re- gerz ministrabat ei. Rex ve- rō nō cognouit eā. **Tu. sc. ii.**  
**H**ontias autem filius agith eleuabat dices Ego regnabo. Fecitq; sibi currum et equites: et q; in qua- ginta viros qui ante eū cur- rerent. Nec corripuit eū pa- ter suis aliquā dicens. Qua- re hoc fecisti? Erat autem et ipse pulcher valde secūd⁹ na- trū post absalon: et sermo ei⁹ cū ioab filio sarute et cū abia- thar sacerdote: qui adiuua- bāt partes adonie. Sadoch

vero sacerdos & banaias fizius iotade & nathan ppheta & semel & cerethet & pheleti et robur omne exercit⁹ dauid: nō erat cū adonia. **Tu.**  
**A**d molatis ergo **Lili** adonias arietib⁹ rvitti lis r̄vniuersis pinguisbus iuta lapidē zoeleth q̄ est vici-nus fonti rogel vocavit vniuersos fr̄es suos filios regis et oēs vitros iuda seruos regis: nathan autē pphetā et banaia et robustos quoqz & salomonē fratrē suū non vocauit. Dicit autē nathā prophetā ad bersabee matrem salomonis: Nū audisti q̄ regnauerit adonias fili⁹ agith & dñs nr̄ dauid hoc ignorat? Nū ergo veni accipe a me cōsiliū & salua animā tuam filiz⁹ tui salomonis. **Va-**de et ingredere ad regem dauid: & dic ei Nōne dñe mi rex iurasit milhi acille tue dicēs q̄ salomon fili⁹ tu⁹ regnabit post me & ipse sedebit in solio meo! Quare ḡ regnat adonias? Et adhuc ibi te loquē te cū rege ego veniā post te: et complebo f̄mones tuos. **I**n-

strabat ei. Inclauit se beth-sabee: et adorauit regez. Ad quaz rex quid tibi inq̄tvis? Que respōdens ait. Dñe mi tu iurasit p̄ diū deū tuū an cille tue: salomō fili⁹ tu⁹ regnabit post me & ipse sedebit in solio meo: & ecce nūc adonias regnat te domine mi rex ignorante. **E**hactauit bo-ues & pinguis queqz & aries-tes plurimos: & vocauit oēs filios regis abia-thar quoqz sacerdote et ioab principem militie: salomonē autē seruū tuū nō vocauit. Verū dñe mi rex in te. **O**culi respicunt toti⁹ lsl̄: vt idices eis q̄s se dere debeat in solio tuo dñe mi rex post te. Eritqz cū dor-mierit dñs me⁹ rex cū p̄rib⁹ suis: erim⁹ ego & fili⁹ me⁹ sa-lomō peccatores. **Rec. v.**

**A**dhuc illa loquēte cū rege nathā prophetare nit: & nūc iauerūt regi dicen-tes. Adest nathan prophe-ta. **L**ūqz introisset in conspe-ctu regis et adorasset eū pro-nus in terram: dixit nathan Dñe mi rex tu dixisti adonias regnet post me: et ipse se deat sup thronū meum? **Q**uod descedit hodie & immolauit bo-ues & pinguis et aries-plurimos: & vocauit vniuer-

**Hymnus Regum. vii.**

sos filios regis et principes  
exercit abia thar quoqz sa-  
cerdotē : illisqz vescentibz et  
bibentibus corā eo et dicēt-  
b⁹ viuat rex adonias⁹ me ser-  
uū tuū et sadoch sacerdotem  
et banatam filiū iōiade et salo-  
monē famulū tuū non voca-  
uit. Numqd a dñō meo rege  
erexit hoc vbsr⁹ et nō mihi i-  
dicasisti tuo tuo q̄s sessur⁹ eēt  
super thronū domini mei re-  
gis post eum? **Lectio. vi.**

**E**t respōdit rex dauid  
dicēs. Uocate ad me  
bethsabee. Que cū fuissest i-  
gressa coram rēge et steriles  
ass̄ eū: iurauit rex et ait. Ut-  
uit dñs q̄ eruit aiām meā ab  
omni angustiā: quia sicut iu-  
raui tibi per dñm deū Israel  
dicens. salomon filius tuus  
regnabit post me et ip̄e sede-  
bit sup soliū meū pro me: sic  
faciam hodie. Submissosqz  
bethsabee i frā vultur adora-  
uit rege dicens. Uiat dñs  
me⁹ rex dauid i eternū. **P. vii.**

**D**ixit quoqz rex dauid  
sacerdotē et nathan ppheta et  
banatā filium iōiade. Qui  
cū ingressi essent corā rege  
dirxit ad eos. Tollite vobis  
fūos dñs v̄l⁹ et imponite sa-  
lomonē filiū meū sup mulā  
v̄lo. **Sapiētie canit. Si** **je** **tre**

meā et ducite eū in gyō: vñ-  
gat eū ibi sadoch sacerdos et  
nathan ppheta in regē sup  
isrl. Et canet buccina: atqz  
dicētis. Uiat rex salomon.  
Et ascenderis post eum et ve-  
nietis i hierlm: et sedebit sup  
soliū meū: et ip̄e regnabit p  
me: illiqz precipiaz vt sit dñs  
sup israel et sup iudā. Et re-  
spondit banatas fili⁹ iōiade  
regi dicēs. Amē. Sic loqua-  
tur dñs dñs dñi met regis.  
Quō fuit dñs cuž dñō meo  
rege sic sit cum salomonē  
sublim⁹ faciat soliū ei⁹ a so-  
lio dñi mei reg⁹ dauid. **L. viii.**

**D**escēdit ergo sadoch  
sacerdos et nathā p  
pheta et banatas fili⁹ iōiade  
et cerethi et pheleti et impo-  
suerunt salomonē sup mulā  
regis dauid: et adduxerunt  
eū in gyōn. Supsit itaqz sa-  
doch sacerdos cornu olei de  
tabernaculo: et vñxit salomo-  
nē. Et cecinerūt buccina: et  
dirxit ois pp̄ls. Uiat rex sa-  
lomon. Et ascendit vñuer-  
sa multitudine post eū: et pp̄ls  
canētiū tibis et lerātiū gau-  
dio magn⁹. Et insonuit ter-  
ra a clamore eop. **O**fficis  
die⁹ a kalēd⁹ Augusti vñg  
ad kalēdas Septemb̄is hymno-  
ria Sapiētie canit. **Si** **je** **tre**

**Hystoria Sapientie.**

a. lxxii.

rit līa dñical inuētio sc̄i ne  
phani transferit vt hysto. ser-  
uet. Si aut̄ iuētio sc̄i stepha-  
ni alicubi tā solēne festū tue-  
rie vt ip̄m transferri non de-  
ceat hystoria hecī dñica sub  
octa. assūmptiōis teneat et  
octa. suffraget. **C**ū hysto-  
ria Sapientie. I. ieruatur ad  
vespas. **R.** Emitte domine  
z̄. Ad magnificat antiphona.  
**S**apiētia clamat i plateis  
si q̄s diligit sapientiā ad me  
declinet et eā iueniet et eā dū  
inuenerit būtis est si tenuerit  
eam. **A.** Sapiētia edificauit  
sibi domū excidit columnas  
septē subdidit sibi gētes su-  
phoz et sublimū collappriz  
virtute calcauit. **A.** Ego in  
altissimis habito et thronus  
me in colūna nubis. **A.** Do-  
minus possedit me littlo via-  
rū suaz̄ ant̄q̄ quicq̄ faceret  
a principio necdū erāt aby-  
si et ego parturiebar/q̄ ppa-  
rabat celos aderā cū eo co-  
ponens oīa. **A.** Dis sapien-  
tia a dño deo est et cū illo fu-  
it semp et ante euū. **R.** **I.**  
In principio deus anteq̄ ter-  
ram faceret p̄t̄q̄ abylos  
construeret priusq̄ produce-  
ret fontes aquarum/ anteq̄  
montes collocarentur. An-  
te omnes colles generauit  
me dñs. **R.** Ego in altissimis  
habito et thronus me in co-  
lumna nubis. Ante. **R.** **II.**  
Emitte dñe sapientiā de se-  
de magnitudiis tue Ut mecum  
sit et mecum laboret/ vt sciā  
quid acceptum sit coram te  
omni tempore. **R.** Da mihi  
domine sediū tuarum affi-  
stricem sapientiam. Ut me.  
**R.** **III.** Dñe pater et deus vt  
te mee ne derelinquas me in  
cogitatū maligno/ extollen-  
tiā oculorum meorū ne dede-  
ris mihi et desiderium mali  
gnū auerte a me domine/ au-  
fer a me cōcupiscentiam Et  
animo irreuerenti et infracti  
to ne tradas me domine. **R.**  
Duo roganū te ne deneges  
mihi anteq̄ moriar: vanita-  
tem et verbū mēdaciō longe  
fac a me. Et anti. **R.** **IV.**  
Da mihi dñe sediū tuaz̄ affi-  
stricē sapientiā et noli me re-  
probare a pueris tuis. **A.** In  
sernus tuus sum ego et filiū  
ancille tue. **R.** Dñe pater et  
deus mee ne dereliq̄s me  
in cogitatū maligno. **A.**  
**C**onci. noct. **R.** **V.** Initium  
sapientie timor dñi. Intelle-  
ctus bonū oīb̄ faciētib̄ eū  
laudatio eius manet in sclm  
sc̄li. **R.** Dilectio illius custo-  
dia legum est q̄ oīs sapien-

## Hystoria Sapientie.

tia timor dñi. Intellect⁹. **R.** vīte mee vt nō corrūā in con-  
**V.** Verbū iniquū z dolosum spectu aduersariorū meorū.  
longe fac a me dñe dñitias Ne gaudeat de me inimic⁹  
z paupertates ne dederis mi- me⁹. **A.** Apprehende arma c-  
hi. Sed tm̄ victui meo tri- scutū z exurge in adiutoriorū  
bue necessaria. **N.** Ne forte sa- mihi. **R.** **XI.** Fili noli de-  
tiatus euomā illud et periu- ficerere a disciplinā dñi z ne fa-  
rem nomē dei mei. Sed. **R.** tigeris dñs ab eo argueris.  
**VII.** Abagna em̄ sunt iudicia  
tua dñe z inenarrabilia ver- Quē ei diliḡit dñs corripit  
ba tua magnificasti populū z q̄si p̄ in filio cōplacet sibi  
tuū. Et honorasti. **D**edu- **A.** Audi fili mi disciplinā pa-  
xisti sicut oes pp̄lm tuū in tris tui z ne dimittas legem  
manu moyſi z aaron. **E.** **C.** **L**ū hys-  
**VIII.** Prebe fili cor tuū mihi toria sapientie primo seruat.  
oculi tui vias meas custodi Le. **I.** **I.** Incipit liber puerito-  
ant. Ut addat gratia capitii **P**Arabole sa- (rū lalo).  
tno. **A.** Attende fili mi sapientiā fili dauid regis israel: ad sciendā sapien-  
tia meam z ad eloquū oris tiam et disciplinā: ad intelligen-  
mei inclina aurem tuā. **U.** da verba prudētē z suscipiē  
**Gn. viii. noc. R.** **ix.** Quesūtū erit eruditionem doctrine:  
in corde hoīz oculi tui vidēt- iusūtiam z iudicū z equita-  
dñe z i libro tuo oia scriben- tem: vt def̄ pūlīs astutia: z  
l homo videt in facie de⁹ au- adoleſcētī scīa z intellectus.  
tē in corde. **N.** Dia em̄ corda Audient sapientis sapientior erit z intelligens gubernac-  
scrutat de⁹ z vntuersas men- uula possidebit. Aliaduertet  
tūm cogitationes intelligit. **P**abolā z interpretationē: **B.**  
**Ilō. R.** **x.** Sup salutē z oēm ba sapientū et enigmata eo-  
pulchritudinē dilexi sapien- rū. **T**imor dñi principiū  
tiam et proposui pro luce ha- sapientie. Sapientiā atq̄ doctrinā stuī despiciſit. Audi  
bere illā. Venerunt mihi om- fili mi disciplinā pris tui: et  
nia bona pariter cum illa. **N.** ne dimittas legē m̄ris tuer-  
Dirxi sapientie foroz mea es- vt addat gr̄a capitii tuo z tor-  
et prudentiam vocavi amicā quas me dñe pater z dñator  
meam. **U.** **xii.** Ne derelin- ques collo tuo. **Zu.** **Le. ii.**

**E**gli m  
pecc  
elata e  
modicū in  
ni: abſcida  
contra inſon  
tiam eun  
quem e ince  
dentē lacri  
ſubſtantia  
biimus dor  
lijs ſorti m  
ſup̄t vnu  
ſili mi ne  
ſprobi  
tis eop  
mali cu  
effundant  
**E**am  
Johannes  
ſidūtū ſer  
cōra alia  
ois qua  
rapunt  
predicari  
ſuā. In ca  
mitat: in  
vibis pfer  
Uſequo p  
fanciū / et  
noria cup  
tes odibū  
**C**rep  
tam vobis

**H**il mi si te lactauerit  
peccatores: ne acqui-  
escas eis. Si dixerint veni-  
nobiscum: insidiemur sanguini-  
abscodamus tendiculas  
contra insolentia frusta/ de gla-  
tiamus eum sicut infernū vi-  
uentē et integrū quasi descen-  
dente i lacū omnē preciosas/  
substantias reperiemus/ ipse  
subimus domos nostras spo-  
lis sorte mitte nobiscum mar-  
supius vñ sit omnī nostrū  
fili mi ne ambules cum eis.  
**P**rohibe pede tuū a semi-  
tis eoz. Pedes enim eoz ad  
malū currunt et festinant ut  
effundant sanguinem. **Lec. iii.**

**H**ulstra aut tacit rhete  
ante oculos pénatorum  
Ipsi qz cōtra sanguinē suuz  
lūdiant et molium fraudes  
cōtra alias suas. Sic semite  
ois auari alias possidentium  
rapiunt. **S**apientia foris  
predicat in plateis dat vocē  
suā. In capite turbarum cla-  
mata: in foribus portarum  
vibis pfert vba sua dicens.  
Usquaque paruuli diligitis i-  
fantia/ et stulti ea qz sibi sunt  
noxia cupient: tempruden-  
tes odibunt scientiā. **Lec. iv.**

**C**onuertimini ad cor-  
reptionē meā. En pfe-  
ram vobis spm meū: et ostēn-

dam vobis vba mea. **Q**uia  
vocau et renuisti: et extendi  
manū meā: et non fuit qz aspi-  
ceret. **D**esperistis omne  
consilium meū: et increpatio-  
nes meas neglexistis. Ego  
quoqz in interitu vestro ride-  
bo: et subsannabo cuz vobis  
id quod timebat: adienerit.  
**C**um irruerit repentina ca-  
lamitas: et interitus quasi tē  
pestas ingruerit: quando ve-  
nerit super vos tribulatio et  
angustia. **T**u autem. **Lec. v.**

**T**unc inuocabunt mel-  
et non exaudiāt: mane  
consergent et non inuenient  
me: eo qz exosam habuerint  
disciplinam et timore dñi nō  
susceperint: nec acq̄uerint  
cōsilio meo: et detraxerit vni-  
verso correptiō mee. Come-  
dent igitur fructus vle sue:  
suisqz cōsilijs saturabuntur.  
Diversio paruulorum iterficiet  
eos: et prosperitas stultorū  
perdet illos. **Q**ui aut me au-  
dierit absqz terrore quiesceret:  
et abundantia pfruetur: ma-  
lorū timore sublatō. **Lec. vi.**

**H**il mi si suscep̄ ser-  
mones meos: et man-  
data mea abscoderis penes  
te ut audiat sapientia auris  
